PLAVTI AMPHITRYO

AMPHITRYO



COMOEDIA

AMPHITRYO

T. MACCII PLAVTI

AMPHITRYO

COMOEDIA

AD VSVM DISCIPVLORVM EDIDIT

HANS H. ØRBERG

ALIQVOT VERSIBVS OMISSIS

DOMVS LATINA

ANNO MMIII

PLAVTI AMPHITRYO COMOEDIA

© Hans H. Ørberg 1993
Omnia proprietatis iura reservantur

Ex officina typographica *Special-Trykkeriet Viborg*
anno 1993, 1998, 2000, 2003

ISBN 87-997016-7-7

LINGVA LATINA
PER SE ILLVSTRATA

PARS I: FAMILIA ROMANA
PARS II: ROMA AETERNA
INDICES
COLLOQVIA PERSONARVM
EXERCITIA LATINA I & II
GRAMMATICA LATINA
PLAVTVS: AMPHITRYO
CAESAR: DE BELLO GALLICO
PETRONIVS: CENA TRIMALCHIONIS

Domus Latina, *Skovvangen 7*
DK-8500 Grenaa, Dania
orberg@lingua-latina.dk

RES QVAE HOC LIBRO CONTINENTVR

NOTAE 6
PRAEFATIO 7
ARGVMENTVM 13
PERSONAE 14
PROLOGVS 15
ACTVS PRIMVS 18
ACTVS SECVNDVS 34
ACTVS TERTIVS 53
ACTVS QVARTVS 60
ACTVS QVINTVS 64
DE GRAMMATICA 70
DE VERSIBVS 72
INDEX VOCABVLORVM 79
INDEX NOMINVM 84

NOTAE

In margine pāginārum explānantur vocābula quae nōn reperiuntur in librō quī īnscrībitur LINGVA LATINA PER SE ILLVSTRATA, PARS I: FAMILIA ROMANA

In explānandīs vocābulīs hīs notīs ūtimur:

=	idem atque	*ger*	gerundium/gerundīvum
:	id est	*i.e.*	id est
↔	contrārium	*imp*	imperātīvus
/	sīve	*ind*	indicātīvus
<	factum/ortum ex	*īnf*	īnfīnītīvus
>	fit, mūtātur in	*interj*	interiectiō
'	excidit littera	*loc*	locātīvus
1, 2, 3	persōna I, II, III	*m/masc*	masculīnum
abl	ablātīvus	*n/neutr*	neutrum
acc	accūsātīvus	*nōm*	nōminātīvus
adj	adiectīvum	*p.*	pāgina
adv	adverbium	*part*	participium
comp	comparātīvus	*pass*	passīvum
conj	coniūnctīvus	*perf*	perfectum
dēp	dēpōnēns	*pl/plūr*	plūrālis
dat	datīvus	*praes*	praesēns
f/fēm	fēmininum	*prp*	praepositiō
fut	futūrum	*sg/sing*	singulāris
gen	genetīvus	*v.*	vidē

Syllabae versuum cōmoediae hīs notīs significantur:

| haec nota pōnitur inter syllabās quae nōn contrahuntur (v. p. 72)

⁀ synīzēsis: haec nota pōnitur super vōcālēs quae in ūnam syllabam contrahuntur (v. p. 73)

˘ syllaba correpta: haec nota pōnitur super vōcālem/syllabam quae corripitur (v. p. 73-74)

-s littera *-s* quae in syllabīs *-us* et *-is* excidit scrībitur *-s* prō -s: -us et -is legitur *-u'* et *-i'* (v. p. 73)

Numerī quī inveniuntur in capitulīs DE GRAMMATICA et DE VERSIBVS et in INDICIBVS (p. 70–84) dēmōnstrant versūs cōmoediae; ubi ante numerōs pōnuntur litterae *Prf* aut *Arg*, versūs *Praefātiōnis* aut *Argūmentī* dēmōnstrantur.



Theātrum Rōmānum



PRAEFATIO

praefātiō -ōnis *f*
< *prae-fārī*

Dē theātrō Rōmānō

persōnae

Theātrum Rōmānum cōnstat ex caveā et scaenā. Cavea, quae fōrmam habet lūnae dīmidiae, est locus unde populus in gradibus sedēns fābulās spectat. In scaenā longā histriōnēs, persōnās aliēnās gerentēs, fābulās agunt.

histriō -ōnis *m*

Fābulae scaenicae dispertiuntur in cōmoediās et tragoediās. Cōmoedia est fābula dē rēbus levibus et iocōsīs atque dē vītā prīvātā, tragoedia appellātur fābula in quā aguntur rēs gravēs sēriaeque, velut acerba fūnera aliaeque hominum miseriae.

dispertīre = dīvidere
tragoedia -ae *f*
↔ cōmoedia

fūnus -eris *n* = corpus mortuum, mors
miseria -ae *f* < miser

Fābulās spectāre Rōmānīs libet, nec vērō quōlibet diē iīs licet spectātum īre, sed tantum fēstīs diēbus, quī Rōmae satis crēbrī sunt. Diēs fēstī sunt quibus dīī in templīs pūblicē adōrantur atque hominēs ōtiō fruuntur; tum lūdī scaenicī populō ōtiōsō apparantur ac theātrum citō spectātōribus complētur.

quī- quae- quod-libet: *abl* quō-libet diē = omnī diē quō libet
fēstus -a -um
crēber -bra -brum = frequēns; *adv* crēbrō

ap-parāre = parāre

citus -a -um = celer; *adv* citō = celeriter

Cōmoedia antīqua incipit ā prologō, quō ūnus ex histriōnibus argūmentum fābulae nārrat, postquam spectātōrēs hortātus est ut animum advertant nēve tumultum faciant in caveā. Dum fābula agitur, plērumque bīnae

prologus -ī *m*

argūmentum -ī *n*: a. fābulae = rēs quae in fābulā aguntur
ad-vertere: animum a. = attentē audīre

tībiae -ārum *f pl*

sonāre = sonum dare

ē-venīre -vēnisse -ventūrum = accidere
stabilis -e (< stāre) = quī nōn movētur/mūtātur
quī- quae- quod-vīs = quīlibet

per-agere = ad fīnem agere, fīnīre
utī = ut

aut ternae persōnae in scaenā inter sē colloquuntur, interdum ūna persōna sēcum loquitur. Sī scaena paulisper vacua relinquitur, interim tībiae dulciter sonant. Rēs quae in fābulā aguntur omnēs eōdem diē atque eōdem locō ēveniunt, et quidem plērumque in aliquō oppidō Graecō. Scaena enim stabilis, nūllā rē mūtātā, quemvīs locum vel quodvīs oppidum significāre potest. Postquam perācta est fābula, spectātōrēs semper monentur utī clārē plaudant.

Dē Plautō poētā

Scīpiō -ōnis *m*
Hannibal -alis *m*
Carthāginiēnsēs -ium *m pl* < Carthāgō -inis *f*, urbs Āfricae
superāre = vincere
Umbria -ae *f*, regiō Italiae

migrāre = in alium locum īre habitātum

(rē) frētus -a -um = (reī/rē) fīdēns
mercātūra -ae *f* = mercātōris negōtium
oc-cipere -iō -cēpisse -ceptum = incipere

Titus Maccius Plautus eōdem ferē tempore vīxit quō Scīpiō, dux Rōmānōrum ēgregius, quī Hannibalem, ducem Carthāginiēnsium, bellō superāvit. Nātus Sarsinae in oppidō Umbriae Plautus Rōmam migrāvit ibique histriō factus est. Cum vērō fortūnā frētus mercātūram facere occēpisset, brevī tempore pecūniam omnem quam histriō fēcerat mercātor perdidit. Deinde cōmoediās scrībere coepit, quae populō adeō complacuērunt ut posteā nec fāma nec fortūna poētae industriō deesset. Senex dē vītā dēcessit annō centēsimō octōgēsimō quārtō ante Chrīstum nātum.

ad-eō *adv* = tam valdē
com-placēre -uisse/-itum esse = placēre
dē-cēdere (dē vītā): morī

octōgēsimus -a -um = LXXX (80.)
vertere vertisse versum : mūtāre

Cōmoediae Plautī ē linguā Graecā in Latīnam versae sunt, nec vērō Plautus ipsa verba poētārum Graecōrum

secūtus est, sed multa mūtāsse ac nōn pauca sua addidisse vidētur, cum sermōnem et mōrēs Rōmānōrum dīligenter imitārētur.

Incertum est quot cōmoediās Plautus scrīpserit, nam virī doctī aliī eum quīnque et vīgintī cōmoediās ēdidisse opīnantur, aliī centum et trīgintā. Sed ūna et vīgintī tantum cōmoediae Plautī ad nostram aetātem servātae sunt, in quārum numerō prīmum locum tenet illa cui titulus est *Amphitryō*.

-āsse = -*āv*isse

ē-dere -didisse -ditum
< ē + dare
opīnārī = putāre

Amphitryō -ōnis *m*
= Amphitryōn

Dē Amphitryōne cōmoediā

In *Amphitryōne* cōmoediā ipse Iuppiter, suprēmus rēx dīvōrum, cum Mercuriō, fīliō et nūntiō suō, in scaenam indūcitur, itemque Amphitryōn, dux bellī nōbilis, cum Alcmēnā, uxōre suā piā et pudīcā; nec tamen tragoedia appellanda est haec fābula, nam diī in fōrmam hūmānam sē mūtārunt atque rēs rīdiculās et iocōs agunt dīcuntque. Argūmentum huius cōmoediae dūcitur ā fābulā Graecā quae nārrātur dē Amphitryōne et Alcmēnā hōc modō:

suprēmus -a -um =
summus
dīvus -ī *m* = deus

in-dūcere
pius -a -um = quī deōs
amat et verētur
pudīcus -a -um: (uxor)
p.a = quae marītum
sōlum amat
-ārunt = -āv*ē*runt
iocus -ī *n* = dictum
iocōsum



Amphitryōn (Alcaeī fīlius) postquam cum Alcmēnā (fīliā Ēlectryōnis) Argīs ex patriā suā Thēbās migrāvit, ā Creonte, rēge Thēbānō, exercituī praefectus est, ut bellum gereret cum Tēleboīs, gente Acarnāniae, quī

Alcaeus -ī *m*

Ēlectryōn -ōnis *m*, rēx
Argīvōrum
Argī -ōrum *m pl*; *adi* Argīvus -a -um, *pl* cīvēs
Thēbae -ārum *f pl*; *adi*
Thēbānus -a -um
Creōn -ontis/Creō -ōnis
m
prae-ficere -iō -fēcisse
-fectum = praepōnere
Tēleboae -ārum *m pl*
Acarnānia -ae *f*, regiō
Graeciae ad occidentem
sita

praeda -ae *f* = rēs quae in bellō rapiuntur
rēgnum -ī *n* = imperium rēgis
fugāre=in fugam vertere
potīrī + *abl/gen*: rē p. = rem suam facere
Pterelāus -ī *m*
prosperus -a -um = fēlīx

frātrēs Alcmēnae interfēcerant et praedam rapuerant ē rēgnō Ēlectryōnis. Amphitryōn ad bellum profectus Tēleboās proeliō vīcit fugāvitque, oppidō eōrum potītus est ac Pterelāum, rēgem eōrum, manū suā interfēcit. Intereā, dum Amphitryōn procul ā patriā bellum prosperum gerit, Iuppiter, amōre captus, fōrmam eius suscēpit, ut Alcmēnam clam vīseret.

sus-cipere = in sē accipere/sūmere
clam *adv* ↔ apertē
amātor -ōris *m* = quī amat, amāns
dīvīnus -a -um < dīvus

Dē Alcmēnā et amātōre eius dīvīnō Hygīnus quīdam, vir doctus quī saeculō secundō post Chrīstum nātum librum *Fābulārum* ad ūsum discipulōrum ēdidit, haec refert (in *Fābulīs* XXIX et XXX):

ūsus -ūs *m* < ūtī ūsum

referre = nārrāre
XXIX = ūndētrīcēsimus

XXIX. ALCIMENA

Alcimēna = Alcmēna

Amphitryōn cum abesset ad expugnandam Oechaliam, Alcimēna, aestimāns Iovem coniugem suum esse, eum in thalamīs recēpit. Quī cum in thalamōs vēnisset et eī referret quae in Oechaliā gessisset, ea crēdēns coniugem esse cum eō concubuit. Quī tam libēns cum eā concubuit ut duās noctēs congemināret, ita ut Alcimēna tam longam noctem admīrārētur.

Oechalia, locus ignōtus (: Acarnānia?)
aestimāns : exīstimāns
thalamus -ī *m* = cubiculum coniugum; *pl* : *sg*
con-cumbere -cubuisse = in eōdem lectō cubantem sē pōnere
libēns (*part* < libēre) : libenter
con-geminare (< geminus) = ex ūnō duōs/ex duōbus ūnum facere

Posteā cum nūntiārētur eī 'coniugem victōrem adesse', minimē cūrāvit, quod iam putābat sē coniugem suum vīdisse. Quī cum in rēgiam intrāsset et eam vidēret neglegentius sēcūram, mīrārī coepit et querī 'quod sē advenientem nōn excēpisset'. Cui Alcimēna respondit: "Iam prīdem vēnistī et mēcum concubuistī et mihi nārrāstī quae in Oechaliā gessissēs." Quae cum signa omnia dīceret, sēnsit Amphitryōn

rēgia -ae *f*=domus rēgis
-āsset = -āvisset
sē-cūrus -a -um = nihil cūrāns, sine cūrā
ex-cipere = (bene) recipere
-āstī = āvistī
signum = id quod rem significat
sentīre sēnsisse sēnsum

nūmen aliquod fuisse prō sē, ex quā diē cum eā nōn concubuit.
Quae ex Iove compressa peperit Herculem.

nūmen -inis *n* = deī voluntās, deus
com-primere -pressisse -pressum: eam c. = cum eā concumbere
quae (: Alcmēna) *ā* Iove compressa

XXX. [HERCVLES]

Īnfāns cum esset, dracōnēs duōs duābus manibus necāvit, quōs Iūnō mīserat...

dracō -ōnis *m* = *anguis* -is *m*

Herculēs īnfāns
duōs anguēs
necat

In Plautī cōmoediā, cui scaena est Thēbīs ante aedēs Amphitryōnis, quaedam novae persōnae inductae sunt, in prīmīs Sōsia, servus Amphitryōnis, et Mercurius deus, quī fōrmam Sōsiae gerēns simulat sē servum esse. Ita nōn sōlum Iuppiter et Amphitryōn inter sē similēs sunt, sed etiam Mercurius et Sōsia, quāpropter familia Amphitryōnis admodum perturbātur. Mercurius enim, cum Sōsiae servī tam similis sit utī nēmō eōs internōscere possit, et servum et dominum omnibus modīs ēlūdit, atque Iuppiter, cōnsimilis Amphitryōnis, uxōrem eius īnscientem facile dēcipit.

aedēs -ium *f pl* = domus

in prīmīs = praecipuē
simulāre = similem facere; s.at sē esse = agit velut sī esset
similis -e = quī īdem esse vidētur

ad-modum = valdē
servī similis = servī fōrmam gerēns
inter-nōscere

ē-lūdere = dērīdēre
cōn-similis -e = similis

īn-sciēns = nesciēns
dē-cipere = fallere

In parte cōmoediae posteriōre adulter dīvīnus cum ipsō marītō coiisse et eum magnō cum tumultū dērīsisse

adulter -erī *m* = amātor uxōris aliēnae
co-īre -iisse = convenīre

in-crepāre -uisse -itum = clāmandō reprehendere
iūrgium -ī *n* = certāmen verbīs factum (dē iūre)

atque increpuisse vidētur, sed in librīs antīquīs dēsunt versūs ferē trecentī quibus continēbātur illud iūrgium ācerrimum inter marītum atque adulterum; proptereā ex eā scaenā iocōsā nihil hodiē legī potest praeter paucōs versūs quī in librīs grammaticōrum Latīnōrum exemplī grātiā afferuntur.

grammaticus -ī *m* = vir doctus quī grammaticae et litterīs studet
grātiā (+*gen*) = causā

praesertim = praecipuē, māximē
aetās : vīta

Haud necesse est plūs dīcere dē persōnīs et dē argūmentō huius cōmoediae, praesertim cum Mercurius in Prologō argūmentum nārret; praetereā post Plautī aetātem aliquī grammaticus addidit *Argūmentum* decem versuum, in quō eaedem ferē rēs iterantur.

iterāre = iterum dīcere

T. MACCII PLAVTI
AMPHITRYO

ARGVMENTVM

In faciem versus Amphitryōnis Iuppiter,
dum bellum gereret cum Tēloboīs hostibus,
Alcmēnam uxōrem cēpit ūsūrāriam.
Mercurius fōrmam Sōsiae servī gerit
absentis. Hīs Alcmēna dēcipitur dolīs.
Postquam rediēre vērī Amphitryō et Sōsia,
uterque dēlūduntur in mīrum modum.
Hinc iūrgium, tumultus uxōrī et virō,
dōnec cum tonitrū vōce missā ex aethere
adulterum sē Iuppiter cōnfessus est.

faciēs = fōrma
versus : mūtātus
dum *ille* bellum ger*it*
Tēloboae = Tēleboae
ūsūrārius -a -um: rēs ū.a = rēs aliēna quā ūtitur aliquis; rem capere ū.am = rē aliēnā ūtī
dolus -ī *m* = cōnsilium fallendī
-ēre (3 pl perf) = *-ērunt*

dē-lūdere = ēlūdere
uterque dēlūd*itur*

dōnec = ad tempus quō
aethēr -eris *m* = āēr summus, caelum
'sē adulterum *esse*'

PERSONAE

Iuppiter ♀ Māia
|
Mercurius

Mercurius, deus, Iovis fīlius

Sōsia, servus Amphitryōnis

Iuppiter, deus summus

Alcumēna = Alcmēna

Alcumēna, Ēlectrī fīlia, uxor Amphitryōnis

Ēlectrius -ī *m* = Ēlectryōn; *gen* -ī = -iī

Amphitryō, Alcaeī fīlius, dux Thēbānōrum

Blepharō -ōnis *m*

Blepharō, gubernātor

Bromia, ancilla Amphitryōnis

SCAENA

Thēbīs, ante aedēs Amphitryōnis

Perseus -ī *m*, Iovis fīlius, quī Andromedam ā mōnstrō servāvit



Īphiclēs -is *m*



PROLOGVS

[*Nox est. Mercurius ex aedibus Amphitryōnis exit. Vestītum servīlem gerēns atque in fōrmam Sōsiae servī commūtātus nūllō modō deī similis est—nisi quod pinnulae, quās in petasō gerit, significant eum esse Mercurium. In scaenam prōcēdit et spectātōrēs alloquitur.*]

MERCVRIVS

19 Iovis iussū veniō. Nōmen Mercuriō est mihi.—

51 Nunc argūmentum huîus ēloquar tragoediae.
Quid contrāxistis frontem? quia *tragoediam*
dīxī futūram hanc? Deus sum, commūtāverō:
eăndem hanc, sī vultis, faciam iam ex tragoediā
55 cōmoedia ut sit—omnibus īsdem versibus!—
88 Ipse hanc āctūru'st Iuppiter cōmoediam
95 et ego ūnā cum illō. Nunc vōs animum advertite,
dum huîus argūmentum | ēloquar cōmoediae:
Haec urbs est Thēbae. In illīsce habitat aedibus
Amphitryō, nātus Argīs Alcaeō patre,
quīcum Alcumēna est nupta, Ēlectrī fīlia.
100 Is nunc Amphitryō praefectu'st legiōnibus,
nam cum Tēloboīs bellum est Thēbānō poplō.
Is prius quam hinc abiit ipsemet in exercitum,
gravidam Alcumēnam fēcit uxōrem suam.
Nam ego vōs nōvisse crēdō, ut sit pater meus,

vestītus -ūs *m* = vestis

servīlis -e < servus
com-mūtāre = mūtāre
pinnula -ae *f* = parva *pinna* (= penna)

al-loquī < ad-loquī

iussus -ūs *m* < iubēre; Iovis iussū = ut iussit Iuppiter, Iove iubente
ē-loquī

quia dīxī 'hanc (fābulam) tragoediam futūram *esse*'
commūtāverō : -mūtābō
faciam ut *ea*dem h*aec*... cōmoedia sit
omnibus *ī*sdem : nūllīs mūtātīs
ipse Iuppiter hanc cōmoediam āctūrus *est*
-u'st = -us est

huius cōmoediae

illīs-ce = illīs

quī-cum = quō-cum
nupta *part perf* < nūbere; quīcum nupta est = cui nupta (: uxor) est

poplus -ī *m* = populus

ipse-met = ipse

ut = quōmodo (: quālis)

: in hīs rēbus (: amōribus) multīs
siet sient = sit sint
eius quod *eī* complacitum est (= complacuit)
clam *prp+acc:* c. virum = virō īnsciente
ūsūra -ae *f* = ūsus; ū.am capere reī = rē ūtī
compressus -ūs *m* < comprimere
teneātis : sciātis

utrim-que = ab utrāque parte, ex utrōque

quā-cum = cum quā
voluptās -ātis *f* ↔ dolor

ad-simulāre = simulāre
quasi (+*comi*) = velut sī (esset)

ōrnātus -ūs *m* = ōrnāmentum, vestītus
schema -ae *f* (/schēma -atis *n*) = fōrma

in-cēdere -cessisse = prōcēdere
eccum = ecce (vidē) eum

imāgō : fōrma

versi-pellis -e=quī *pellem* vertit (: fōrmam mūtat)
quandō (: cum) *eī* libet

pellis -is *f*



prae-servīre = servīre
familiāris -is *m* = servus
quī = quis: nē familiārēs quaererent 'qu*is* essem?'
cum vidērent mē crēbrō (*adv*) hīc versārī
cum crēdent *mē* esse...
cōn-servus -ī *m* = servus eiusdem familiae
siem = sim: 'qu*is* sim?'

quam līber hārum rērum multārum siet,
quantusque amātor sit quod complacitum est semel:
Is amāre occēpit Alcumēnam clam virum
ūsūramque eius corporis cēpit sibi,
et gravidam fēcit is eam compressū suō.
Nunc dē Alcumēnā ut rem teneātis rēctius:
utrimque est gravida, et ex virō et ex summō Iove!
Et meus pater nunc intus hīc cum illā cubat,
et haec ob eam rem nox est facta longior,
dum cum illā quācum vult voluptātem capit.
Sed ita adsimulāvit sē quasi Amphitryō siet.
[*Vestem suam servīlem ostendēns.*]
Nunc nē hunc ōrnātum vōs meum admīrēminī,
quod ego hūc prōcessī sīc cum servīlī schemā:
veterem atque antīquam rem novam ad vōs prōferam,
proptereā ōrnātus in novum incessī modum.
Nam meus pater intus nunc est eccum Iuppiter;
in Amphitryōnis vertit sēsē imāginem,
omnēsque eum esse cēnsent servī quī vident
—ita versipellem sē facit quandō libet!
Ego servī sūmpsī Sōsiae mihi imāginem,
quī cum Amphitryōne | abiit hinc in ĕxercitum,
ut praeservīre amantī meŏ possem patrī,
atque ut nē, quī essem, familiārēs quaererent,
versārī crēbrō hīc cum vidērent mē domī;
nunc, cum esse crēdent servum et cōnservum suum,
haud quisquam quaeret, quī siem aut quid vēnerim.

Pater nunc intus suō animō mōrem gerit:
cubat complexus cuius cupiēns māximē est.
Quae illī ad legiōnem facta sunt memorat pater
meus Alcumēnae;| illa illum cēnset virum
suum esse, quae cum moechō est! Ibi nunc meus pater
memorat legiōnēs hostium ut fugāverit,
quō pactō sit dōnīs dōnātus plūrimīs.
(Ea dōna quae illīc Amphitryōnī sunt data
abstulimus—facile meus pater quod vult facit!)
Nunc hodiē Amphitryō veniet hūc ab ĕxercitū
et servus, cuius ego ferō hanc imāginem.
Nunc internōsse ut nōs possītis facilius,
ego hās habēbō ūsque hīc in petasō pinnulās,
tum meŏ patrī autem torulus inerit aureus
sub petasō | —id signum Amphitryōnī nōn erit;
ea signa nēmō | hōrum familiārium
vidēre poterit, vērum vōs vidēbitis.
[*Sōsiam ā dextrā advenientem cōnspicit.*]
Sed Amphitryōnis illī est servus Sōsia,
ā portū illic nunc hūc cum lanternā advenit.
Abigam iam ego illunc advenientem ab aedibus!
[*Mercurius in ōstium concēdit ita ut ā Sōsiā nōn videātur.*]

mōrem gerere +*dat* = grātum facere (suō animō : sibi)
complectī -exum; complexus *eam* cuius māx. cupiēns (= cupidus) est
illī *adv* (*loc*) = illīc

moechus -ī *m* = adulter

ut = quōmodo
pactum -ī *n* = modus; quō pactō = quō modō
dōnāre (+*abl*): aliquem rē dōnāre = alicui rem d.

nōsse = nōvisse
inter-nōvisse (nōs : deōs ab hominibus)
ūsque = ūsque ab initiō ad fīnem, semper

torulus -ī *m*

illī *adv* (*loc*) = illīc

illic (*nōm m*) = ille

ab-igere < ab + agere
illunc (*acc m*) = illum
con-cēdere = cēdere, recēdere

lanterna -ae *f*

ACTVS PRIMVS

[*Sōsia dēfessus ā portū advenit ab erō suō Amphitryōne praemissus, ut Alcumēnae erae adventum virī victōriamque eius ēgregiam nūntiet. Prīmum dūram servitūtem queritur atque vānīs verbīs dominō suō absentī maledīcit 'quod sē noctū ambulāre iusserit'; tum lanternam pōnit neque eam exstinguit, et verbīs magnificīs dē victōriā sēcum fābulārī incipit.*]

SOSIA

Quod numquam opīnātus fuī — neque alius quisquam cīvium
sibi ēventūrum, id contigit:| ut salvī poterēmur domī.
Victōrēs victīs hostibus legiōnēs reveniunt domum,
duellō exstīnctō māximō atque internecātīs hostibus!
Quod multa Thēbānō poplō | acerba obiēcit fūnera
id vī et virtūte mīlitum victum atque expugnātum oppidum est
imperiō atque auspiciō meī | erī Amphitryōnis māximē;
praedā atque agrō | adōriāque affēcit populārēs suōs
rēgīque Thēbānō Creōnī rēgnum stabilīvit suum.
Mē ā portū praemīsit domum,| ut hăec nūntiem uxōrī suae:
ut gesserit rem pūblicam ductū, imperiō, auspiciō suō.
Ea nunc meditābor quō modō illī dīcam, cum illō advēnerō.

āctus -ūs *m* < agere

dē-fessus -a -um = fessus
prae-mittere
era -ae *f* = domina
adventus -ūs *m* < ad-venīre
vānus -a -um = vacuus, frūstrā factus/dictus
male-dīcere (+*dat*)
noctū *adv* = nocte

ex-stinguere -īnxisse -īnctum ↔ accendere; bellum e. : b. fīnīre, bellī fīnem facere

opīnātus fuī (: sum) *mihi ēventūrum (esse)* neque alius ... *opīnātus est*
con-tingere -tigisse = ēvenīre
potīrī domī (*gen*) = domum redīre (poter- = potīr-)
duellum -ī *n* = bellum
inter-necāre = omnēs n.
id oppidum quod popu*l*ō Thēbānō multa acerba fūnera ob-iēcit
ob-icere -iēcisse -iectum (< ob+iacere) : afferre
auspicium -ī *n* = imperium ducis (quī habet iūs *auspiciī*: avēs aspiciendī ut bellī exitum sciat!)
adōria -ae *f* = glōria
populāris -is *m/f* = cīvis
stabilīre = stabilem facere

rem (pūblicam) gerere = bellum gerere
ductus -ūs *m* < dūcere
meditārī = cōgitāre
illō *adv* = illūc, eō

Sī dīxerō mendācium, solēns meŏ mōre fēcerō,
nam cum pugnābant māximē,| ego tum fugiēbam māximē!
Vērum quasi affuerim tamen simulābō atque audīta ēloquar.
Sed quō modō et verbīs quibus mē deceat fābulārier,
prius ipse mēcum etiam volō hīc meditārī. Sīc hoc prōloquar:
"Prīncipiō ut illō advēnimus,| ubi prīmum terram tetigimus,
continuō Amphitryō dēlēgit virōs prīmōrum prīncipēs;
eŏs lēgat, Tēloboīs iubet sententiam ut dīcant suam:
'Sī sine vī et sine bellō velint rapta et raptōrēs trādere,
sī quae asportāssent reddere, sē exercitum extemplō domum
reductūrum, abitūrōs agrō | Argīvōs, pācem atque ōtium
dare illīs; sīn aliter sient animātī neque dent quae petat,
sēsē igitur summā vī virīsque eōrum oppidum oppugnassere.'
Haec ubi Tēloboīs ōrdine | iterārunt quōs praefēcerat
Amphitryō, magnanimī virī frētī virtūte et vīribus
superbē nimis ferōciter lēgātōs nostrōs increpant;
respondent 'bellō sē et suōs tūtārī posse, proinde utī
properē suīs dē fīnibus | exercitūs dēdūcerent!'
Haec ubi lēgātī pertulēre, Amphitryō castrīs īlicō
prōdūcit omnem exercitum. Contrā Tēloboae ex oppidō
legiōnēs ēdūcunt suās nimis pulchrīs armīs praeditās.

mendācium -ī *n* = falsum dictum
solēns : ut soleō

audīta *n pl* = ea quae audīta sunt

-ier *īnf pass* = -ī: -ārier = -ārī

prō-loquī = ēloquī

ut/ubi (prīmum) +*perf* = postquam, cum prīmum, simul atque
dē-ligere -lēgisse -lēctum = ēligere
prīmōrēs -um *m pl* = prīmī (virī), prīncipēs
lēgāre = mittere lēgātum
raptor -ōris *m* = quī rapit
as-portāre = auferre
'sī *ea* quae asportāvissent reddere *velint*...'
extemplō = statim
reductūrum *esse*
abitūrōs *esse ex* agrō
animātus esse = in animō habēre
sient = sint
oppugnassere (*īnf fut*) = oppugnātūrum esse

ubi (= postquam) *iī* quōs A. praefēcerat haec (verba) T.īs iterāvērunt
ōrdine : ōrdinātō modō
magnanimus -a -um = magnī animī, superbus
nimis = valdē
tūtārī = tuērī
pro-inde = ergō
properē = celeriter
dē-dūcere
per-tulēre : ret-tulērunt
īlicō = statim
ē castrīs prō-dūcit
contrā *adv* (: c. eōs)
praeditus -a -um = ōrnātus; rē p. = rem habēns

utrimque exitum est = utrīque exiērunt
cōpia = multitūdō
dispertītī *sunt*
nostrās legiōnēs


tuba -ae *f*

cōn-sonāre=simul sonāre
ef-ferre < ex+ferre; clāmōrem e. = c. tollere
vōtum -ī *n*=quod deō prōmittitur; v. suscipere = deō aliquid prōmittere
suscip*ere*/hortārī (*īnf*) : suscip*it*/hortā*tur* (*ind*)

ēdit : ostendit, praestat
ferīre = pulsāre
manus = exercitus

in-gruere = prōcurrere

vāna *n pl* = verba vāna (: falsa)
quicquam = qui*d*quam; q. verbōrum = ūlla verba
perperam *adv* ↔ rēctē
illī *adv* (*loc*) = illīc
in rē praesentī = in ipsō locō, praesēns
pugnātum est (ab iīs) = pugnāvērunt

perduellis -is *m* = hostis
penetrāre (sē) = intrāre; in fugam sē p. : fugere
animus ↔ timor

vertentibus : fugientibus
tēlum -ī *n*=pīlum/sagitta
ipsus = ipse
obtruncāre = occīdere
Pterela -ae *m* = Pterelāus

ad-eō = vērō
hōc (: eō/tantō) magis
com-meminisse = meminisse
im-prānsus -a -um = quī nōndum cibum sūmpsit

Postquam utrimque exitum est māximā cōpiā,
dispertītī virī, dispertītī ōrdinēs:
nōs nostrās mōre nostrō et modō īnstrūximus
legiōnēs; item hostēs contrā legiōnēs suās īnstruunt.
Postquam id āctum est, tubae utrimque canunt contrā,
cōnsonat terra, clāmōrem utrimque efferunt.
Imperātōr utrimque, hinc et illinc, Iovī
vōta suscipere, utrimque hortārī exercitum.
Tum prō sē quisque id quod quisque potest et valet
ēdit, ferrō ferit...
Dēnique, ut voluimus, nostra superat manus,
hostēs crēbrī cadunt, nostrī contrā ingruunt.
Vīcimus vī ferōcēs!"

MERCVRIVS [*mīrātur eum haud vāna loquī; ad spectātōrēs*]

Numquam etiam quicquam adhūc verbōrum est prōlocūtus perperam;
namque ego fuī illī in rē praesentī et meus, cum pugnātum est, pater.

SOSIA

"Perdûellēs penetrant sē in fugam;| ibi nostrīs animus additu'st.
Vertentibus Tēloboīs tēlīs complēbantur corpora,
ipsusque Amphitryō rēgem Pterelam suă | obtruncāvit manū.
Haec illīc est pugnāta pugna|ūsque ā māne ad vesperum
—hoc adeō hōc commeminī magis quia illō diē imprānsus fuī!

Postrīdiē in castra ex urbe ad nōs veniunt flentēs prīncipēs
vēlātīs manibus ōrant 'ignōscāmus peccātum suum!'
dēduntque sē, dīvīna hūmānaque omnia, urbem et līberōs
in diciōnem atque in arbitrātum cūnctī Thēbānō poplō.
Post ob virtūtem erō Amphitryōnī patera dōnāta aurea est,
quī Pterela pōtitāre solitus est rēx."—Haec sīc dīcam erae.
Nunc pergam erī imperium exsequī | et mē domum capessere.

MERCVRIVS [*ad spectātōrēs*]
Attat! Illic hūc itūru'st. Ībō ego illīc obviam;
neque ego hunc hominem | hodiē ad aedēs hās sinam umquam accēdere.
Quandō imāgō est huius in mē, certum est hominem ēlūdere!
[*Ex ōstiō exit*] Sed quid illuc? caelum aspectat. Observābō quam rem agat.

SOSIA [*caelum spectāns longitūdinem noctis mīrātur*]
Neque ego hāc nocte longiōrem mē vīdisse cēnseō
nisi noctem ūnam, verberātus quam pependī perpetem
—eām quoque edepol etiam multō haec vīcit longitūdine!
Crēdō edepol equidem dormīre Sōlem—atque adpōtum probē!

MERCVRIVS
Āin' vērō, verberō? Deōs esse tuī similēs putās?

postrī-diē = posterō diē

vēlāre = operīre veste (quā significātur pāx)
ut ignōscāmus
peccātum -ī *n* = maleficium
dē-dere = trādere
diciō -ōnis *f* = arbitrātus -ūs *m* = potestās


patera -ae *f*

quī *abl* = (ex) quā
pōtitāre = pōtāre
solēre sol*itum esse*

ex-sequī = facere
sē capessere = īre

attat! *interi* = ō! cavē!
illīc *dat* = illī
ob-viam īre (+*dat*) = occurrere

quandō = quoniam
(mihi) certum est = meum cōnsilium est, equidem volō
illuc *n* = illud
quid illuc *est*?
aspectāre = aspicere
ob-servāre = spectandō animadvertere
longitūdō -inis *f* < longus

pendēre pependisse : in cruce fīxus esse
perpes -etis = perpetuus (noctem p.em : n. tōtam)
(ede)pol *interi* < Pollūx -ūcis, deus (: profectō)
ad-pōtus -a -um = ēbrius

verberō -ōnis *m* = quī verbera meret
tuī *gen* (: Sōsiae)

nōm ego tū
gen meī tuī

SOSIA [*quī verba Mercuriī nōn audit*]

Ībō ut erus quod imperāvit Alcumēnae nūntiem. 291

[*Mercurium ante ōstium stantem cōnspicit*]

hoc noctis = hōc noctis tempore
mihi nōn placet

Sed quis hic est homō quem ante aedēs videō hoc noctis?
Nōn placet!

MERCVRIVS

Timet homō. Dēlūdam ego illum! 295

formīdāre = valdē timēre

SOSIA [*formīdāns*] Periī, sī mē aspexerit! 320

MERCVRIVS [*clārā vōce*]

certē enim = profectō
nescio-quis = aliquis; *acc* nescio-quem

Certē enim hīc nescioquis loquitur. 331

SOSIA [*verba eius exaudit*] Salvus sum, nōn mē videt:

autumāre = dīcere
certō *adv* = certē
pergere = īre pergere, prōcēdere

'*Nescioquem* loquī' autumat—mihi certō nōmen *Sōsia* est!

[*Sōsia ad aedēs Amphitryōnis pergit.*]

MERCVRIVS

Optimē eccum incēdit ad mē! 335

torpēre = sē movēre nōn posse

SOSIA [*perterritus cōnsistit*] Timeō, tōtus torpeō.

rogāre = interrogāre
com-movēre = movēre
formīdō -inis *f* = timor magnus

Nōn edepol nunc ubi terrārum sim sciō, sī quis roget,
neque miser mē commovēre possum prae formīdine!

re-cipere < re- + capere
cōnfīdēns : audāx
contrā colloquī = alloquī

[*Animō receptō*] Vērum certum est cōnfīdenter hominem 339
contrā colloquī,

quī (= quō) possim = ut possim

quī possim vidērī huic fortis, ā mē ut abstineat manum. 340

Vulcānus : ignis (V. est deus ignis)
cornū : lanterna ē cornū facta
con-clūdere -sisse -sum = inclūdere

MERCVRIVS [*ad Sōsiam appropinquantem*]

Quō ambulās tū, quī Vulcānum in cornū conclūsum geris?

ex-quīrere = quaerere
(ōs) ex-ossāre = (ōris) ossa frangere

SOSIA

Quid id exquīris tū, quī pugnīs ōs exossās hominibus?

MERCVRIVS

Servus esne an līber?

SOSIA Utcumque animō collibitum est meō!

MERCVRIVS

Āin' vērō?|

SOSIA Āiō enīmvērō.

MERCVRIVS Verberō!

SOSIA Mentīre nunc.

MERCVRIVS

At iam faciam ut vērum dīcās dīcere!

SOSIA Quid eō est opus?

MERCVRIVS

Possum scīre quō profectus, cuius sīs, aut quid vēneris?

SOSIA

Hūc eō.| Erī sum servus. Numquid nunc es certior?

MERCVRIVS

Quid apud hāsce aedēs negōtiī est tibi?

SOSIA Immō, quid tibi est?

Hīc, inquam, habitō ego atque hōrunc servus sum.|

MERCVRIVS At scīn' quō modō?

faciam ego hodiē tē *superbum,* nī hinc abīs.

SOSIA Quōnam modō?

MERCVRIVS

Auferēre, nōn abībis, sī | ego fūstem sūmpserō!

SOSIA

Quīn 'mēd esse huius familiae familiārem' praedicō.

Tūn' domō prohibēre peregrē mē advenientem postulās?

MERCVRIVS

Haecine tua domu'st?

ut-cumque = quōquō modō
col-libēre -uisse/-itum esse = libēre; animō meō c.itum est: mihi libet

enim-vērō = profectō

-re (2 sg pass) = *-ris*
mentīre = mentīris: "verberō" ais nec mē verberās!

ut dīcās *'mē* vērum dīcere'
eō opus est : id facere opus est

quō profectus *sīs* (: quō eās)
cuius *servus* sīs

num-quid = num

hās-ce = hās
quid negōtiī = quod negōtium

hōrunc = hōrum

scīn' = scīs-ne

nī = nisi



fūstis -is *m*

auferēre = auferēris (vir superbus lectīcā *fertur,* nōn ambulat)
quīn = at (enim)
mēd (*ante vōcālem*) = mē
praedicāre=plānē dīcere
peregrē = ex aliēnā terrā
postulāre (+*īnf*) = velle

haecine = haec-ne

SOSIA Ita inquam.

MERCVRIVS Quis erus est igitur tibi?

SOSIA

Amphitryō, quī nunc praefectu'st Thēbānīs legiōnibus, quīcum nupta est Alcumēna.

quid ais : dīc mihi

MERCVRIVS Quid ais? quod nōmen tibi est?

SOSIA

mē vocant

Sōsiam vocant Thēbānī, Dāvō prōgnātum patre.

prō-gnātus = nātus; Dāvō patre p. = Dāvī fīlius

MERCVRIVS

At mentīris—

vāpulāre = verberārī

[*Sōsiam pulsat*] nunc profectō vāpulā ob mendācium!

SOSIA

prō! *interi* = ō! fidem (: auxilium) *rogō*

Prō! fidem, Thēbānī cīvēs!

carnifex -ficis *m* = vir contemnendus, verberō

MERCVRIVS Etiam clāmās, carnifex? Loquere, quid vēnistī?

ut esset *aliquis* quem...

SOSIA Ut esset quem tū pugnīs caederēs!

MERCVRIVS

Cuius es?

SOSIA Amphitryōnis, inquam, Sōsia.

istōc = istō (*abl*); istōc magis = eō/tantō magis

MERCVRIVS Ergō istōc magis,

vāni-loquus -a -um = quī vāna loquitur

quia vāniloquu's, vāpulābis! Ego sum, nōn tū, Sōsia.

-u's = -us *es*

SOSIA [*parvā vōce*]

ut ego tē verberem

Ita dī faciant, ut tū potius sīs atque ego tē ut verberem!

MERCVRIVS

muttīre = parvā vōce loquī

Etiam muttīs?

SOSIA Iam tacēbō.

MERCVRIVS Quis tibi eru'st?

SOSIA Quem tū volēs!

is quem tū *mihi esse* volēs (*fut* < velle)

MERCVRIVS

Quid igitur? quī nunc vocāre?

quī vocāre? = quis vocāris? (: quō nōmine v.?)

SOSIA Nēmō nisi quem iusseris.

quem *mē vocārī* iusseris

MERCVRIVS

'Amphitryōnis tē esse' āiēbās 'Sōsiam.'

SOSIA Peccāveram.

peccāre = prāvē facere
peccāveram : peccāvī

MERCVRIVS

385 Scībam equidem nūllum esse nōbīs nisi mē servum Sōsiam.

scībam = sciēbam

387 Ego sum Sōsia ille quem tū dūdum esse āiēbās mihi.

dūdum *adv* = nūper
'*tē* esse' āiēbās

SOSIA

Obsecrō ut per pācem liceat tē alloquī, ut nē vāpulem.

ob-secrāre = rogāre
ut *mihi* liceat

MERCVRIVS

Immō indūtiae parumper fīant, sī quid vīs loquī.

indūtiae -ārum *f* = tempus quō bellum cessat (antequam pāx fit)
parum-per = paulisper

SOSIA

390 Nōn loquar nisi pāce factā, quandō pugnīs plūs valēs.

plūs valēre = validior esse

MERCVRIVS

Dīcitō quidvīs, nōn nocēbō.

quid-vīs : quidquid vīs, quid-libet
nōn nocēbō *tibi*

SOSIA Tuăe fideī̂ crēdō?

fidēs = prōmissum
crēdō? : crēdam?

MERCVRIVS Meae.

SOSIA

Quid, sī fallēs?

sī *fidem* fallēs

MERCVRIVS Tum Mercurius Sōsiae īrātus siet!

SOSIA

Animum adverte—nunc licet mihi līberē quidvīs loquī:
Amphitryōnis ego sum servus Sōsia.

quid-vīs : quidquid volō, quid-libet

MERCVRIVS Etiam dēnuō?

SOSIA

Pācem fēcī, foedus fēcī: vēra dīcō.

MERCVRIVS [*Sōsiam pugnīs contundit*] Vāpulā!

SOSIA

Ut libet, quid tibi libet fac, quoniam pugnīs plūs valēs.
Vērum, utut es factūrus, hoc quidem hercle haud reticēbō tamen,
nec nōbīs praeter mēd alius quisquam est servus Sōsia.

MERCVRIVS

Hic homō sānus nōn est.

SOSIA Quod mihi praedicās vitium, id tibi est!
Quid? — malum! — nōn ego sum servus Amphitryōnis Sōsia?
Nōnne hāc noctū nostra nāvis hūc ex portū Persicō
vēnit, quae mē advēxit? Nōnne mē hūc erus mīsit meus?
Nōnne ego nunc stō ante aedēs nostrās? Nōn mī est lanterna in manū?
Nōn loquŏr? nōn vigilō? Nōnne hic homō modo mē pugnīs contudit?
Fēcit hercle, nam | etiam nunc mī miserō mālae dolent!
[*Sōsia mālās dolentēs manū contingit.*]
Quid igitur ego dubitō? aut cūr nōn intrō eō in nostram domum?

MERCVRIVS

Quid? domum vestram?

SOSIA Ita enimvērō!

foedus -eris *n* = lēx quā pāx statuitur
con-tundere -tudisse -tūsum = pulsāre, laedere

quid : quidquid
ut-ut = utcumque
hercle *interi* = per Herculem! (: profectō)
re-ticēre = tacēre, nōn dīcere

sānus : mente sānus
vitium = mendum (corporis vel mentis)
id vitium quod mihi *esse* praedicās tibi est (: ipse sānus nōn es)

noctū *abl* = nocte
portus Persicus: portus ignōtus unde Amphitryō rediēns nāvem solvit

māla -ae *f*

con-tingere -tigisse -tāctum = tangere
intrō *adv* ↔ forās; i. īre = intrāre

MERCVRIVS Quīn quae dīxistī modo
omnia ēmentītu's: equidem Sōsia Amphitryōnis sum.
Nam noctū hāc solūta est nāvis nostra ē portū Persicō,
et ubi Pterela rēx rēgnāvit oppidum expugnāvimus,
et legiōnēs Tēloboārum vī pugnandō cēpimus,
et īpsus Amphitryō obtruncāvit rēgem Pterelam in proeliō.

quīn = at, immō
omnia quae dīxistī...
ē-mentīrī = falsa excōgitāre/dīcere

SOSIA [*sēcum*]
Egomet mihi nōn crēdō, cum illaec autumāre illum audiō:
hic quidĕm certē quae illīc sunt rēs gestae memorat memoriter.

ego-met = ego (ipse)
illaec (*n pl*) = illa
rēs quae illīc gestae sunt
memoriter = ē memoriā

[*Ad Mercurium*] Sed quid ais? quid Amphitryōnī dōnī ā Tēloboīs datum est?

quid dōnī = quod dōnum

MERCVRIVS
Pterela rēx quī pōtitāre solitus est patera aurea.

patera aurea quī (: ex quā) P. rēx...

SOSIA [*sēcum*]
Ēlocūtus est. [*Ad Mercurium*] Ubi patera nunc est?

MERCVRIVS Est in cistulā,
Amphitryōnis obsignāta signō est.

ob-signāre = signāre

SOSIA Signī, dīc, quid est?

quid signī = quod signum

MERCVRIVS
Cum quadrīgīs Sōl exoriēns. Quid mē captās, carnifex?

quadrīgae -ārum *f* = equī IV quī currum trahunt
ex-orīrī = orīrī
captāre = capere cōnārī

SOSIA [*sēcum*]
Argūmentīs vīcit, aliud nōmen quaerendum est mihi.
Nesciō unde haec hic spectāvit.—Iam | ego hunc dēcipiam probē,
nam quod egomet sōlus fēcī, nec quisquam alius affuit,

argūmentum -ī *n* = ratiō quā aliquid vērum esse dēmōnstrātur



tabernāc(u)lum -ī *n*



cadus -ī *m*

hirnea -ae *f*

in-gredī -ior -gressum (↔ ē-gredī) = intrāre

eam *hirneam* vīnī merī
mātre : ex ūvīs (?)
fuerat nātum = erat n.
ē-dūcere = exhaurīre

factum *est*
ē-bibere = exhaurīre
illāc (*abl f*) = illā

-n' = -ne
vincōn'= vincō-ne
(: persuādeō-ne tibi)

'mē *Sōsiam* esse'

quid nī = cūr nōn
quī *sim* : cum sim

iūrāre = dīīs testibus affīrmāre

iūrātus -a -um = quī iūrāvit; in-iūrātus = quī nōn iūrāvit
mihi iniūrātō plūs crēdet quam tibi iūrātō
saltem = modo tamen

ubi = cum
nōlim < ne- + velim
ignōbilis -e = ignōtus

in tabernāclō, id quidem hodiē numquam poterit dīcere.

[*Ad Mercurium*] Sī tū Sōsia es, legiōnēs cum pugnābant māximē,

quid ĭn tabernāclō fēcistī? Victus sum, sī dīxeris.

MERCVRIVS

Cadus erat vīnī, inde implēvī | hirneam...

SOSIA [*sēcum*] Ingressu'st viam.

MERCVRIVS

Eam ego, ut mātre fuerat nātum, vīnī | ēdūxī merī. 430

SOSIA [*sēcum*]

Factum'st illud, ut ego illīc vīnī hirneam ēbiberim merī.

Mīra sunt, nisi latuit intus illic in illāc hirneā!

MERCVRIVS

Quid nunc? Vincōn' argūmentīs tē nōn esse Sōsiam?

SOSIA

Tū negās mēd esse?

MERCVRIVS Quid ego nī negem, quī egomet siem?

SOSIA

Per Iovem iūrō 'mēd esse neque mē falsum dīcere.' 435

MERCVRIVS

At ego per Mercurium iūrō 'tibi Iovem nōn crēdere',

nam iniūrātō, sciŏ, plūs crēdet mihi quam iūrātō tibi!

SOSIA

Quis ego sum saltem, sī nōn sum Sōsia? Id tē interrogō.

MERCVRIVS

Ubi ego nōlim Sōsia esse, tū estō sānē Sōsia!

Nunc quandō ego sum vāpulābis, nī hinc abīs, ignōbilis! 440

SOSIA [*Mercurium īnspiciēns*] Certē edepol, cum illum contemplō et fōrmam cognōscō meam
quem ad modum ego sum (saepe in speculum īnspexī), nimis simile'st meī:
itidem habet petasum ac vestītum — tam cōnsimile'st atque ego:
sūra, pēs, statūra, tōnsus, oculī, nāsus, vel labra,
445 mālae, mentum, barba, collum—tōtus! Quid verbīs opu'st?
447 Sed cum cōgitō, equidem certō īdem sum quī semper fuī:
nōvī erum, nōvī aedēs nostrās—sānē sapiō et sentiō.
Nōn ego illī obtemperō quod loquitur. Pultābō forēs.
MERCVRIVS
450 Quō | agis tē?
SOSIA Domum.
MERCVRIVS Quadrīgās sī nunc īnscendās Iovis
atque hinc fugiās, ita vix poteris effugere īnfortūnium!
SOSIA
Nōnne erae meae nūntiāre quod erus meus iussit licet?
MERCVRIVS
Tuae, sī quid vīs, nūntiā! Tē hanc nostram adīre nōn sinam.
SOSIA [*sēcum*]
455 Abeō potius.—Dī immortālēs, obsecrō vestram fidem!
Ubi ego periī? ubi immūtātus sum? ubi ego fōrmam perdidī?
An egomet mē illīc relīquī, sī forte oblītus fuī?

īn-spicere -exisse -ectum = dīligenter aspicere
contemplāre = spectāre, īnspicere
quem ad modum = quōmodo, sīcut
simile'st = simil*is est*
itidem = eōdem modō, item
tam cōnsimil*is est meī* atque (= quam) ego
sūra -ae *f* = crūris pars posterior
statūra -ae *f* = corporis longitūdō; tōnsus -ūs *m* = capillī fōrma

ob-temperāre=oboedīre
pultāre = pulsāre

quō agis tē? = quō īs?

īn-scendere = ascendere

īnfortūnium -ī *n* = mala fortūna

nōnne *mihi* licet...

tuae *erae* (: amīcae!)

im-mūtāre = commūtāre
perdere = āmittere

an = num
sī forte = fortasse
meī oblītus fuī (: sum)

Nam hic quidem omnem imāginem meăm quae antehāc
fuerat : fuit — fuerat, possidet.—
Ībō ad portum atque haec ut facta sunt erō dīcam meō. 460
[*Sōsia ad portum sē cōnfert.*]
MERCVRIVS [*ad spectātōrēs*]
Bene prosperē hoc hodiē operis prōcessit mihi. 463
Āmōvī ā foribus māximam molestiam,
patrī ut licēret tūtō illam amplexārier. 465
Iam ille illūc ad erum cum Amphitryōnem advēnerit,
nārrābit 'servum hinc sēsē ā foribus Sōsiam
ad-eō = vērō — āmōvisse!' Ille adeō illum mentīrī sibi
neque crēdet *illum* hūc profectum *esse* — crēdet, neque crēdet hūc profectum, ut iusserat. —
dīxī minus = nōn dīxī — Nunc dē Alcumēnā dūdum quod dīxī minus: 479
hodiē illa pariet fīliōs geminōs duōs; 480
alter puer nāscētur X. mēnse postquam sēminātus *est* (: postquam māter gravida facta est) — alter decimō post mēnse nāscētur puer
sēminātus = sēmen — quam sēminātu'st, alter mēnse septimō;
eōrum Amphitryōnis alter est, alter Iovis;
māior pater: Iuppiter — vērum minōrī puerō māior est pater,
minor (pater): Amphitryō — minor māiōrī. Iamne hoc scītis quid siet? — 485
: iamne hoc intellegitis? — Ōrātiōnem comprimam: crepuit foris. 496
ōrātiōnem comprimere = loquendī fīnem facere
crepāre -uisse = molestē sonāre — Amphitryō subditīvus eccum exit forās
subditīvus -a -um = simulātus, falsus — cum | Alcumēnā | —uxōre ūsūrāriā.
[*Iuppiter in fōrmam Amphitryōnis mūtātus forās ēgreditur cum Alcumēnā, uxōre Amphitryōnis gravidā.*]
IVPPITER
rem commūnem : domum nostram — Bene valē, Alcumēna! Cūrā rem commūnem — quod facis;

atque imperce, quaesō: mēnsēs iam tibi esse āctōs vidēs.
Mihi necesse est īre hinc; vērum quod erit nātum tollitō!

ALCVMENA

Ēcastor! tē experior, quantī faciās uxōrem tuam!

IVPPITER

Satin' habēs sī fēminārum nūlla est quam aequē dīligam?

ALCVMENA

Experīrī istuc māvellem mē quam mihi memorārier.
Herī vēnistī mediā nocte, nunc abīs—hocin' placet?

MERCVRIVS [*sēcum*]

Accēdam atque hanc appellābō et subparasītābor patrī.
[*Ad Alcumēnam*] Numquam edepol quemquam mortālem crēdō ego uxōrem suam
sīc efflīctim amāre proinde ut hic tē efflīctim dēperit.

IVPPITER [*ad Mercurium*]

Carnifex! Nōn ego tē nōvī? Abīn' ē cōnspectū meō?
cui egō iam hōc scīpiōne...!

ALCVMENA [*ad Iovem*] Āh, nōlī!

IVPPITER [*ad Mercurium*] Muttītō modo!

[*Ad Alcumēnam*] Vērum quod tū dīcis, mea uxor: nōn tē mī īrāscī decet.
Clanculum abiī | ā legiōne—
clam illūc redeundum est mihi, nē 'mē uxōrem praevertisse' dīcant 'prae rē pūblicā.'

ALCVMENA [*lacrimāns*]

Lacrimantem ex abitū concinnās tū tuam uxōrem.

im-percere = parcere
imperce *tibi*
quaesō = rogō (tē)
āctōs : per-āctōs
quod...nātum: fīlium/am
tollitō: *pater* solēbat īnfantem suum modo nātum *tollere*
ē-castor *interi* < Castor -oris, deus (: profectō)
experīrī = cognōscere quālis sit
facere +*gen* = aestimāre
satis-*ne* habēs : nōnne satis est tibi

mā-vellem = māllem
māllem mē istu*d* experīrī (: sentīre) quam mihi memorārī
hocin' = hocine (hoc-ne)

sub-parasītārī +*dat* = laudibus grātiam petere, dīligenter servīre

efflīctim = ācerrimē
pro-inde ut = ita ut
dē-perīre = amāre ūsque ad mortem

abīn' = abīs-ne (: abī!)
scīpiō -ōnis *m*=baculum
cui ego iam hōc scīpiōne *tergum verberābō*!
āh! *interi*

īrāscī = īrātus fierī

clanculum = clam

red-eundum (*ger*) est mihi = redīre dēbeō
prae-vertere = magis cūrāre (quam...: prae...), praeferre
abitus -ūs *m* < abīre
concinnāre (+*adi/part acc*) = facere

IVPPITER Tacē!

cor-rumpere = prāvum facere, perdere, nocēre
nē corrumpe = nōlī corrumpere
Nē corrumpe oculōs! Redībō āctūtum. 530

āctūtum *adv* = statim
ALCVMENA Id 'āctūtum' diū est!

IVPPITER

libēns : libenter
Nōn ego tē hīc libēns relinquō neque abeō abs tē.

ALCVMENA Sentiō,

eādem nocte quā
nam quā nocte ad mē vēnistī, eādem abīs!

IVPPITER Cūr mē tenēs?

lūcēscere < lūcēre incipere; lūcēscit = lūx (: diēs) fit
Tempus est: exīre ex urbe prius quam lūcēscat volō.
[*Pateram auream prōmit atque Alcumēnae ostendit.*]

dōnō (*dat*) dare = dōnāre
Nunc hanc pateram, quae dōnō mī illīc ob virtūtem data est,

nunc hanc pateram... tibi condōnō
quī (: ex quā) P. rēx pōtitāvit
Pterela rēx quī pōtitāvit, quem ego meā occīdī manū, 535

con-dōnāre = dōnāre
Alcumēna, tibi condōnō.

ut aliās rēs *mihi facere* solēs
ALCVMENA [*grāta*] Facis ut aliās rēs solēs.

con-dignus = dignus
(tāle) quāl*is est is* quī dōnum dedit
-e'st = -is est
quāl*is est ea* cui dōnō datum est
Ēcastor condignum dōnum, quāle'st quī dōnum dedit.

MERCVRIVS
Immō sīc: condignum dōnum, quāle'st cui dōnō datum est!

IVPPITER [*ad Mercurium*]

pergin' = pergis-ne
furcifer -erī *m* = verberō
Pergin' autem? Nōnne ego possum, furcifer, tē perdere?

ALCVMENA [*ad Iovem*]

amābō (tē) = quaesō
Nōlī, amābō, Amphitryō, īrāscī Sōsiae causā meā! 540

IVPPITER

Faciam ita ut vīs.

ex amōre : ob amōrem
ad-modum = valdē, sānē
MERCVRIVS [*sēcum*] Ex amōre hic admodum quam saevus est!

IVPPITER [*ad Alcumēnam*]

Num quid vīs?

num quid *aliud* vīs?
volō ut mē amēs

ALCVMENA Ut cum absim mē | amēs, mē tuăm tē absentī tamen.

cum absim (: etsī absum) *abs tē*
tē absentī : cum absīs (: mē quae, cum absīs, tamen tua sum)

MERCVRIVS [*ad Iovem*]

Ēāmus, Amphitryō! Lūcēscit hoc iam.

īre, *coni praes* eam eās eat eāmus eātis eant

IVPPITER [*ad Mercurium*] Abī prae, Sōsia!

prae (*adv*) : ante mē

Iam ego sequar.

iam (+*fut*) = mox

[*Abit Mercurius.*]

IVPPITER [*ad Alcumēnam*] Num quid vīs?

ALCVMENA Etiam: ut āctūtum adveniās!

adveniās : reveniās

IVPPITER Licet.

opīniō -ōnis *f* < opīnārī; prius tuā opīniōne = p. quam tū opīnāris

545 Nam prius tuā opīniōne | hīc aderō. Bonum animum habē!

[*Alcumēna intrō in aedēs abit.*]

IVPPITER [*quī adhūc diem morātus est*]

morārī (< mora) = tardum facere, retinēre
manēre mānsisse = exspectāre
mittere = dīmittere
il-lūcēscere = lūcēscere; (+*acc*) illūstrāre
sub-sequī = sequī

Nunc tē, nox, quae mē mānsistī, mittō ut concēdās diēī, ut mortālēs illūcēscat lūce clārā et candidā.—

550 Diēs ē nocte accēdat!—Ībō | et Mercurium subsequar.

[*Abit Iuppiter.*]

ACTVS SECVNDVS

[Prīmā lūce Amphitryō ā portū advenit cum Sōsiā servō, quī cistulam obsignātam fert. Sōsia dominō iam nārrāvit 'sē ante aedēs alterum Sōsiam offendisse.']

offendere -disse -ēnsum = forte invenīre (rem inexspectātam)

AMPHITRYO

secundum (*adv*) īre = sequī

Age, ī tū secundum! 551

SOSIA Sequor, subsequor tē.

AMPHITRYO

Scelestissime, audēs mihī praedicāre id: 561

'domī tē esse nunc' quī hīc ades?

SOSIA Vēra dīcō.

AMPHITRYO

lūdificārī/-āre = ēlūdere

Ī̆ūn' mē, verberō, audēs erum lūdificārī? 565

Ī̆ūne id dīcere audēs quod nēmō umquam homō antehāc

ut tempore ūnō...

vīdit, nec potest fierī: tempore ūnō

duōbus locīs (*abl*) = in duōbus locīs

homō īdem duōbus locīs ut simul sit?

SOSIA

Profectō, ut loquor, rēs ita est.

per-ciēre -iisse -itum = permovēre

AMPHITRYO [*īrā percitus*] Iuppiter tē perdat!

merērī -itum esse (*dēp*) = merēre -uisse

SOSIA

meritō *adv* = ut meritus sum, iūre

Meritō maledīcās mihi, sī nōn id ita factum est. 572

utī rēs facta *est*

Vērum haud mentior, rēsque utī facta dīcō.

AMPHITRYO

Homō hic ēbrius est, ut opīnor.

SOSIA

Utinam ita essem!

AMPHITRYO Optās quae facta.

quae facta *sunt*

SOSIA

Egone?

AMPHITRYO Tū istic. Ubi bibistī?

istic (*nōm m*) = iste;
tū istic = tū ipse

SOSIA

Nusquam equidem bibī.

nusquam *adv* = nūllō locō

AMPHITRYO Quid hoc sit hominis?

sit : potest esse
quid hominis = quī homō, quālis homō

SOSIA Equidem deciēs dīxī:

domī ego sum, inquam—ecquid audīs?—

ec-quid = numquid, num

et apud tē adsum Sōsia īdem!

Satin' hoc plānē, satin' disertē,

satin' = satis-ne
disertus -a -um = quī bene loquitur; *adv* disertē : plānē

ere, nunc videor tibi locūtus esse?

AMPHITRYO

Quō id pactō potest nam
fierī, nunc ut tū hīc sīs et domī?

quō-nam pactō (=modō) id fierī potest ut tū nunc...?

SOSIA

Sum profectō et hīc et illīc, hoc cuivīs mīrārī licet;

cui-vīs (*dat*) = cui-libet (omnī hominī)

neque tibi, Amphitryō, istuc mīrum magis videtur quam mihi.

mīrum, *comp* magis m.

AMPHITRYO

Quō modō?

SOSIA Nihilō, inquam, mīrum magis tibi istuc quam mihi.

nihil, *abl* nihilō (*ante comp* = nūllō modō)
nihilō magis mīrum istud tibi *vidētur*

Neque — ita mē dī ament! — crēdēbam prīmō mihimet Sōsiae,

mihi-met = mihi (ipsī)

illic egomet : ille alter ego
quid-que *(n)* = quaeque rēs
sedēre = in castrīs esse
ē-dissertāre = dīligenter nārrāre
ūnā cum nōmine
magis simile = similius
ille *alter* ego

ut *(+perf)* = postquam

multō prius... quam
illō *adv* = illūc

īn-sānus -a -um

quās nūgās *nārrās*?

nescio-quid = aliquid
nescioquid malī malā manū ob-iectum est (quod eum īnsānum fēcit!)
ob-tundere -tudisse -tūsum = contundere

mē-met = mē (ipsum)

quī = quis

ūnō tē : cum tē ūnum habeam

dōnec Sōsia illic egomet fēcit sibi utī crēderem!
Ōrdine omnia, ut quidque āctum est, dum | apud hostēs sēdimus,
ēdissertāvit. Tum fōrmam ūnā abstulit cum nōmine! 600
Neque lac lactis magis est simile quam ille ego similis est meī.
Nam ut dūdum ante lūcem ā portū mē praemīsistī domum...

AMPHITRYO

Quid igitur?

SOSIA ...prius multō ante aedēs stābam quam illō advēneram!

AMPHITRYO [*quī eum īnsānum esse cēnset*]

Quās—malum!—nūgās? Satin' tū sānus es?

SOSIA Sīc sum ut vidēs.

AMPHITRYO

Huic hominī nescioquid est malī malā obiectum manū, 605
postquam ā mē abiit.

SOSIA Fateor, nam sum obtūsus pugnīs pessimē!

AMPHITRYO

Quis tē verberāvit?

SOSIA Egomet mēmet, quī nunc sum domī!

AMPHITRYO

Omnium prīmum, iste quī sit Sōsia, hoc dīcī volō. 609

SOSIA

Tuus est servus. 610

AMPHITRYO Mihi quidem ūnō tē plūs etiam est quam volō!

Neque postquam sum nātus habuī nisi tē servum Sōsiam.

SOSIA

At ego nunc, Amphitryō, dīcō: Sōsiam servum tuum
praeter mē alterum, inquam, adveniēns faciam ut offen-
dās domī,
Dāvō prōgnātum patre eōdem quō ego sum, fōrmā, ae-
tāte item
quā ego sum. Quid opu'st verbīs? Geminus Sōsia hīc
factu'st tibi!

AMPHITRYO

Nimia memorās mīra. Sed vīdistīn' uxōrem meam?

SOSIA

Quīn intrō īre in aedēs numquam licitum est.

AMPHITRYO Quis tē prohibuit?

SOSIA

Sōsia ille quem iam dūdum dīcō, is quī mē contudit.

AMPHITRYO

Quis īstic Sōsia est?

SOSIA Ego, inquam. Quotiēs dīcendum est tibi?

AMPHITRYO

Sed quid ais? num obdormīvistī dūdum?

SOSIA Nusquam gentium.

AMPHITRYO

Ibi forte istum sī vīdissēs quendam in somnīs Sōsiam?

SOSIA

Ego nōn soleō somniculōsē meī erī imperia persequī.
Vigilāns vīdī, vigilāns nunc ut videō, vigilāns fābulor

faciam ut Sōsiam... alterum offendās

eādem fōrmā *abl* (: eandem fōrmam gerentem)

geminus : alter īdem

nimius : māximus
mīra -ōrum *n pl* = mīrae rēs
quīn = at (enim)
licēre -uisse/-itum esse *mihi* licitum est (= licuit)

iam dūdum (+*praes*) = iam diū

ob-dormīre = dormīre incipere
nusquam gentium = n. terrārum (: in terrīs)

forte sī vīdissēs = fortasse vīdistī

somniculōsē = in somnīs
persequī = exsequī

mē vigilantem ille vigilāns... contudit

—vigilantem ille mē iam dūdum vigilāns pugnīs contudit!

AMPHITRYO

Quis homō?

SOSIA Sōsia, inquam, ego ille. Quaesō, nōnne intellegis?

AMPHITRYO

quī *adv* (*abl*) = quōmodo
potis est = potest
blatīre = stultē loquī

Quī—malum!—intellegere quisquam potis est? Ita nūgās blatīs!

SOSIA

Vērum āctūtum nōscēs, cum illum nōscēs servum Sōsiam.

AMPHITRYO

hāc *adv* = hāc viā
ex-quīrere -sīvisse -sītum = quaerere (causam)
exquīsītō opus est = exquīrere opus est
rērī ratum = arbitrārī

Sequere hāc igitur mē; nam mī istuc prīmum exquīsītō est opus.

aliquō comitātus = aliquem comitem habēns

[*Alcumēna, quae Amphitryōnem modo ā sē abiisse rētur, maesta forās exit Thessalā ancillā comitāta, neque virum suum advenientem videt.*]

ALCVMENA

placitum est = placuit
maeror -ōris *m* < maerēre
cōnsequī = sequī

Ita dīvīs est placitum, voluptātem ut maeror comes cōnsequātur.

domō : ex meā rē

Nam ego id nunc experior domō atque ipsa dē mē sciō, cui voluptās

virī videndī potestās mihi fuit : virum vidēre potuī

parumper data est, dum virī mī potestās videndī fuit noctem ūnam modo—atque is repente abiit ā mē | hinc ante lūcem!

Sōla hīc mihi nunc videor, quia ille hinc abest quem | ego amō praeter omnēs.

praeter omnēs : prae omnibus

Plūs aegrī | ex abitū virī quam ex adventū voluptātis cēpī. Sed hoc mē beat saltem, cum perdŭellēs vīcit | et domum laudis compos revēnit:

id sōlāciō est.

Absit, dummodō laude partā

domum recipiat sē; feram et perferam ūsque

abitum eĭus animō fortī atque offīrmātō, id modo sī mercēdis

datur mī, ut meus victor vir bellī clueat.

Virtūs praemium est optimum,

virtūs omnibus rēbus anteĭt profectō:

lībertās, salūs, vīta, rēs et parentēs, patria et prōgnātī

tūtantur, servantur...

AMPHITRYO [*quī uxōrem nōndum videt, ad Sōsiam*]

Edepol mē uxōrī exoptātum crēdō adventūrum domum,

quae mē amat, quam contrā amō, praesertim rē gestā bene,

victīs hostibus: quōs nēmō posse superārī ratu'st,

eŏs auspiciō meō ătque ductū prīmō coetū vīcimus.

Certē enim mē illī exspectātum optātō ventūrum sciō.

SOSIA

Quid? mē nōn rēre exspectātum amīcae ventūrum meae?

ALCVMENA [*Amphitryōnem cōnspiciēns*]

Meus vir hic quidem est.

AMPHITRYO [*ad Sōsiam*] Sequere hāc tū mē!

ALCVMENA Quidnam ille revertitur

quī dūdum 'properāre sē' aībat? An ille mē temptat sciēns

aegrum -ī *n* = dolor
capere = accipere
beāre = beātum facere

compos -otis (+*gen*) = possidēns; laudis c. = laudem possidēns
sōlācium -ī *n* = quod cōnsōlātur; s.ō (*dat*) est *mihi* = cōnsōlātur mē
parere = facere, efficere

sē re-cipere = redīre

offīrmātus -a -um = cōnstāns
sī modo id mercēdis (: ea mercēs : id praemium)
cluēre = appellārī
ut meus vir 'victor bellī' appellētur

ante-īre (+*dat*) = praeferendum esse
prōgnātī = līberī

tūtāre = tūtārī (*dēp*)

ex-optātus (+*dat*) = valdē optātus, grātissimus
ad-ventūrum *esse* (*īnf fut* < ad-venīre)

ratus *est* (< rērī) = arbitrātus est
coetus -ūs *m* < co-īre
exspectātus (+*dat*) = spērātus, optātus
optātō *adv* = ut optātur

rēre = rēris
nōn*ne* rēris mē amīcae meae exspectātum ventūrum *esse*?

quid-nam? = quid?
aībat = āiēbat
temptāre = experīrī

: ut (= quōmodo) sē absentem dēsīderem
invītus -a -um ↔ libēns; mē invītā : mē nōlente
adversum (*adv*) īre = obviam īre (eam *coni praes 1 sg* < īre)

atque id sē vult experīrī, suum abitum ut dēsīderem?—
Ēcastor! mēd haud invītā sē domum recipit suam!
Magis nunc mē meum ŏfficium facere, sī huic eam ad- 675
versum, arbitror.

[*Alcumēna tacita virō obviam it.*]

spērātus = exspectātus, optātus
dī-iūdicāre = exīstimāre, statuere
vērō *adv* = vērē
rūmiferāre = praedicāre
-un' = -us-ne

AMPHITRYO [*laetus ad Alcumēnam accēdēns*]
Amphitryō uxōrem salūtat laetus spērātam suam,
quam omnium Thēbīs vir ūnam esse optimam dīiūdicat,
quamque adeō cīvēs Thēbānī vērō rūmiferant probam!
Valuistīn' ūsque? Exspectātun' adveniō?

haud vīdī magis *exspectātum advenīre quemquam*
haud quisquam (: nēmō) eum magis exspectātum salūtat quam canem

SOSIA [*sēcum*] Haud vīdī magis!
Exspectātum eum salūtat magis haud quisquam quam 680
canem!

AMPHITRYO [*ad Alcumēnam*]

cum : quoniam

Cum tē gravidam et cum tē pulchrē plēnam aspiciō,
gaudeō.

ALCVMENA

obsecrō *tē* (: dīc mihi, quaesō)
dērīdiculum -ī *n* = rēs rīdicula; d.ī grātiā = dērīdendī grātiā (= d. causā)

Obsecrō, ēcastor, quid tū mē dērīdiculī grātiā
sīc salūtās atque appellās, quasi dūdum nōn vīderis?

AMPHITRYO
Immō equidem tē, nisi nunc, hodiē nusquam vīdī gen- 686
tium.

ALCVMENA
Cūr negās?
AMPHITRYO Quia vēra didicī dīcere.

aequum -ī *n* = quod rēctum/iūstum est
dē-discere = oblīvīscī
perīclitārī = experīrī

ALCVMENA Haud aequum facit
quī quod didicit id dēdiscit. An perīclitāminī

quid animī habeam? Sed quid hūc revertiminī vōs tam citō?

com-morārī = morārī
auspicium… : an avēs tē proficīscī vetant?
con-tinēre = tenēre
dīxerās : dīxistī

690 An tē auspicium commorātum est an tempestās continet,
quī nōn abiistī ad legiōnēs, ita utī dūdum dīxerās?

AMPHITRYO

Dūdum? quam dūdum istuc factum est?

ALCVMENA Temptās. Iam dūdum, modo.

mē temptās

AMPHITRYO [*ad Sōsiam*]

696 Haec quidem dēlīrāmenta loquitur!

dēlīrāmenta -ōrum *n pl* = verba hominis īnsānī

SOSIA [*ad Amphitryōnem*] Paulisper manē,
dum ēdormīscat ūnum somnum!

manē : exspectā
ē-dormīscere (somnum) = dormīre dēsinere

AMPHITRYO Quaene vigilāns somniat?

quae-ne = ea-ne quae
somniāre = in somnīs vidēre aliquid

ALCVMENA

Equidem ēcastor vigilō et vigilāns id quod factum est fābulor:
nam dūdum ante lūcem et istunc et tē vīdī.

istunc (*acc m*) = istum (: Sōsiam)

AMPHITRYO Quō in locō?

ALCVMENA

700 Hīc in aedibus ubi tū habitās.

AMPHITRYO Numquam factum est!

SOSIA Nōn tacēs?

nōn tacēs? : quīn tacēs?

Quid sī ē portū nāvis hūc nōs dormientēs dētulit?

dē-ferre -tulisse -lātum

AMPHITRYO

Etiam tū quoque adsentāris huic?

ad-sentārī (+*dat*) = idem sentīre (atque)

SOSIA Quid vīs fierī?—

— — —

707 AMPHITRYO Tacē!

rogāre = interrogāre

[*ad Alcumēnam*] Alcumēna, ūnum rogāre tē volō.

ALCVMENA Quidvīs rogā!

AMPHITRYO

stultitia -ae *f* < stultus
superbia -ae *f* < superbus
superāre = superesse

Num tibi aut stultitia accessit aut superat superbia?

ALCVMENA

quī *adv* = quōmodo
: in mentem *venit*
percontārī = quaerere

Quī istuc in mentem est tibi ex mē, mī vir, percontārier?

AMPHITRYO

antid-hāc = antehāc
ut *eae* quae pudīcae sunt suōs virōs *appellāre* solent
ex-pers -rtis (< ex + pars) +*gen/abl*: e. reī/rē = quī rem nōn habet, sine rē

Quia salūtāre advenientem mē solēbās antidhāc,
appellāre itidem ut pudīcae suōs virōs quae sunt solent
—eō mōre expertem tē factam adveniēns offendī domī.

ALCVMENA

Ēcastor equidem tē certō herī hūc advenientem īlicō
et salūtāvī et 'valuissēsne ūsque' exquīsīvī simul,
mī vir, et manum prehendī et ōsculum tetulī tibi.

ōsculum ferre = ō. dare
ferre tulisse/tetulisse: tetulī *perf 1 sg* = tulī

SOSIA [*ad Alcumēnam*]

Tūn' herī hunc salūtāvistī?

ALCVMENA Et tē quoque etiam, Sōsia.

AMPHITRYO

Tū mē herī hīc vīdistī?

sī vīs *mē* deciēs (idem) dīcere

ALCVMENA Ego, inquam, sī vīs deciēs dīcere.

AMPHITRYO

In somnīs fortasse?|

ALCVMENA Immō vigilāns.

vae! *interi* (+*dat*) = heu! (+*acc*)

AMPHITRYO Vae miserō mihi!

SOSIA

Quid tibi est?

dēlīrāre = īnsānus esse

AMPHITRYO Dēlīrat uxor.

SOSIA Ātrā bīlī percita est:
nūlla rēs tam dēlīrantēs hominēs concinnat citō.

bīlis -is *f*: ātra b. ē iecore fluēns hominēs īnsānōs facere dīcitur
tam citō hominēs dēlīrantēs concinnat (= facit)

ALCVMENA

Equidem ēcastor sāna et salva sum.

AMPHITRYO Cūr igitur praedicās
'tē | herī mē vīdisse', quī hāc noctū in portum advectī sumus?

advectī sumus : advect*us sum* (cum cēterīs)

Ibi cēnāvī atque ibi quiēvī in nāvī noctem perpetem,
neque meum pedem hŭc intulī etiam in aedēs, ut cum exercitū
hinc profectus sum ad Tēloboās hostēs eŏsque ut vīcimus.

quiēscere -ēvisse
nāvī (*abl*) = nāve
īn-ferre in-tulisse il-lātum: pedem ī. = intrāre
ut (+*perf*) = postquam

ALCVMENA

Immō mēcum cēnāvistī et mēcum cubuistī.

cubāre -uisse -itum

AMPHITRYO Quid est?

ALCVMENA

Vēra dīcō.

AMPHITRYO Nōn quidem hercle dē hāc rē! — dē aliīs nesciō.

dē aliīs *rēbus* nesciō *an vēra dīcās*

ALCVMENA

Prīmulō dīlūculō abiistī ad legiōnēs.

prīmulus -a -um = prīmus
dīlūculum -ī *n* = prīma lūx (diēī)

AMPHITRYO Quō modō?

SOSIA

Rēctē dīcit ut commeminit: somnium nārrat tibi.

somnium -ī *n* = quod in somnīs vidētur

AMPHITRYO

Tacĕ tū! [*Ad Alcumēnam*] Tū dīc! Egone abs tē abiī hinc hodiē cum dīlūculō?

ALCVMENA

illī = illīc
ut = quōmodo

Quis igitur nisi vōs nārrāvit mī illī ut fuerit proelium?

AMPHITRYO

An iam id tū scīs? 745

quippe quī = quoniam, namque

ALCVMENA Quippe quī ex tē audīvī, ut urbem māximam

tū-te = tū (ipse)

expugnāvissēs rēgemque Pterelam tūte occīderis.

AMPHITRYO

Egone istuc dīxī?

tūte istic = tū ipse
ad-stāre = prope stāre

ALCVMENA Tūte istic, etiam adstante hōc Sōsiā.

AMPHITRYO [*ad Sōsiam*]

Audīvistīn' tū mē nārrāre haec hodiē?

audīverim = audīre potuī

SOSIA Ubi ego audīverim?

AMPHITRYO

hanc : Alcumēnam

Hanc rogā!

SOSIA Mē quidem praesente numquam factum'st, quod sciam.

ALCVMENA [*ad Amphitryōnem*]

mīrum *est* quīn (: cūr nōn) adversus (= contrā) tē dīcat

Mīrum quīn tē adversus dīcat! 750

AMPHITRYO [*ad Sōsiam*] Sōsia, age, mē hūc aspice!

SOSIA

Spectō.

tē adsentārī

AMPHITRYO Vēra volō loquī tē, nōlō adsentārī mihi:

Audīvistīn' tū hodiē mē illī dīcere ea quae illa autumat?

SOSIA

īnsānīre = īnsānus esse, dēlīrāre

Quaesō edepol, num tū quoque etiam īnsānīs, cum id mē interrogās,

quī ipsus equidem nunc prīmum istanc tēcum cōnspiciō simul?

istanc (*acc f*) = istam

AMPHITRYO [*ad Alcumēnam*]

Quid nunc, mulier? audīn' illum?

audīn' = audīs-ne

ALCVMENA Ego vērō—ac falsum dīcere!

ego vērō *eum audiō*

AMPHITRYO

Neque tū illī neque mihi virō ipsī crēdis?

ALCVMENA Eō fit, quia mihi plūrimum crēdō et sciō istaec facta proinde ut prōloquor.

eō = ideō, ob eam rem

istaec (= ista *n pl*) facta *esse*

AMPHITRYO

Tūn' 'mē herī advēnisse' dīcis?

ALCVMENA Tūn' 'tē abiisse hodiē hinc' negās?

AMPHITRYO

Negō enimvērō, et 'mē advenīre nunc prīmum' āiō 'ad tē domum.'

ALCVMENA

Obsecrō, etiamne hoc negābis: tē auream pateram mihi dedĭsse dōnō hodiē, 'quā tē illī dōnātum esse' dīxerās?

illī = illīc
dīxerās : dīxistī

AMPHITRYO

Neque edepol dedī neque dīxī—vērum ita animātus fuī itaque nunc sum, ut eā tē paterā dōnem. Sed quis ĭstuc tibi dīxit?

ALCVMENA Ego equidem ex tē audīvī et ex tuā accēpī manū pateram.

AMPHITRYO Manĕ, manē, obsecrō tē! [*Ad Sōsiam*] Nimis dēmīror, Sōsia, quī illaec illīc mē dōnātum esse aureā paterā sciat,

nimis : valdē

dē-mīrārī = mīrārī

quī *adv* = quōmodo
illaec (*nōm f*) = illa

con-venīre +*acc* = adīre

nisi tū dūdum hanc convēnistī et nārrāvistī haec omnia.

SOSIA

Neque edepol ego dīxī neque ĭstam vīdī nisi tēcum simul.

AMPHITRYO

Quid hŏc sit hominis?

vīn' = vīs-ne

ALCVMENA Vīn' prōferrī pateram?

eam prōferrī volō

AMPHITRYO Prōferrī volō.

ALCVMENA

intus : ē domō

Fīat. [*Ad ancillam*] Ī tū, Thessala, intus pateram prō- 770

prō-fertō -tōte *imp fut*

fertō forās,

quā hodiē meus vir dōnāvit mē.

[*Thessala aedēs intrat.*]

sē-cēdere = ā cēterīs discēdere

AMPHITRYO [*ad Sōsiam*] Sēcēde hūc tū, Sōsia!—

Enĭmvērō illud praeter alia mīra mīror māximē,

sī haec habet pateram illam.

id : *Alcumēnam habēre pateram*, quae...

SOSIA An etiam crēdis id?—quae in hăc cistulā tuŏ signō obsignātā fertur.

salvum : integrum

AMPHITRYO Salvum signum est?

SOSIA Īnspice!

AMPHITRYO [*signum īnspiciēns*]

Rēctē, ita est ut obsignāvī.— — 775

[*Thessala pateram effert et Alcumēnae trādit.*]

ALCVMENA Quid verbīs opu'st? 777

em = ecce

Em tibi pateram, eccam!

eccam = ecce (vidē) eam

cedo! *interī* = dā!

AMPHITRYO Cedo mī!

sīs (< sī vīs) = quaesō

nunc-iam = nunc (*3 syllabae:* nun-ci-am)

ALCVMENA Age, aspice hūc, sīs, nunciam:

estne haec patera quā dōnātu's illīc? 780

AMPHITRYO Summe Iuppiter!
Quid ego videō? Haec eă est profectō patera.—Periī, Sōsia!

SOSIA
Aut pol haec praestīgiātrīx mulier multō māxima est, aut pateram hīc inesse oportet. [*Cistulam ostendit.*]

AMPHITRYO Agedum, exsolve cistulam!

SOSIA
Quid ego istam exsolvam? Obsignāta est rēctē.—Rēs gesta est bene:
785 tū peperistī Amphitryōnem alium, ego alium peperī Sōsiam,
nunc sī patera pateram peperit, omnēs congeminávimus!

AMPHITRYO
Certum est aperīre atque īnspicere.

SOSIA Vidĕ, sīs, signī quid siet,
nē posterius in mē culpam cōnferās.

AMPHITRYO Aperī modo!
nam haec quidem nōs dēlīrantēs facere dictīs postulat.

ALCVMENA [*pateram ostendēns*]
790 Unde haec igitur est nisi abs tē, quae mihī dōnō data est?

AMPHITRYO
Opus mī est istuc exquīsītō.

SOSIA [*cistulam aperiēns*] Iuppiter, prō Iuppiter!

AMPHITRYO
Quid tibi est?

SOSIA Hīc patera nūlla in cistulā est!

pol *interi* = edepol
haec mulier
praestīgiātor -ōris *m* /-trīx -īcis *f* = quī /quae mīrīs artibus hominēs ēlūdit
age-dum = age
ex-solvere = solvere (: aperīre)

(nōs) congeminávimus = congeminātī sumus (geminī factī sumus)

certum *mihi* est

quid signī = quod signum
posterius *adv* ↔ prius
culpa -ae *f* = causa accūsandī; c.am cōnferre in eum = eum accūsāre
postulat : vult

: mihi opus est istud exquīrere

AMPHITRYO Quid ego audiō?

SOSIA

Id quod vērum'st.

cruciātus -ūs *m* < cruciāre; cum cruciātū tuō *erit* (: cruciāberis)

AMPHITRYO At cum cruciātū iam, nisi āppāret, tuō!

ALCVMENA [*pateram ostendēns*]

Haec quidem appāret.

AMPHITRYO Quis igitur tibi dedit?

is quī mē *inter*rogat

ALCVMENA Quī mē rogat.

SOSIA [*ad Amphitryōnem*]

Mē captās, quia tūte ab nāvī clanculum hūc aliā viā

prae-currere -cucurrisse
ex-imere -ēmisse -ēmptum = prōmere

praecucurristī, atque hinc pateram tūte exēmistī atque eam

rūrsum = rūrsus

huic dedistī, post hanc rūrsum | obsignāstī clanculum!

hanc *cistulam* rūrsus obsignā*v*istī

AMPHITRYO

ei mihi! = vae mihi!

Ei mihī! Iam tū quoque huius adiuvās īnsāniam?

īnsānia -ae *f* < īnsānus

[*Ad Alcumēnam*] Ain' 'herī nōs advēnisse hūc?'

ALCVMENA Āiō, adveniēnsque īlicō

mē salūtāvistī, et ego tē, et ōsculum tetulī tibi.

SOSIA

Iam illud nōn placet prīncipium dē ōsculō!

(verbīs) exsequī = ōrdine nārrāre

AMPHITRYO [*ad Alcumēnam*] Perge exsequī!

ALCVMENA

lavāre = lavātum īre, lavārī

Lāvistī.

AMPHITRYO Quid postquam lāvī?|

ac-cumbere -cubuisse

ALCVMENA Accubuistī.

euge! *interi* = bene!

SOSIA [*ad Amphitryōnem*] Euge, optimē!

Nunc exquīre!

AMPHITRYO Nē interpellā! [*Ad Alcumēnam*] Perge porrō dīcere!

nē interpellā = nōlī interpellāre
porrō *adv* [→]: p. dīcere = loquī pergere, plūra dīcere

ALCVMENA

Cēna apposita est. Cēnāvistī mēcum — ego accubuī simul.

simul *tē-cum*

AMPHITRYO

In eōdem lectō?

ALCVMENA In eōdem.

SOSIA Ei! Nōn placet convīvium.

AMPHITRYO

Sine modo argūmenta dīcat. [*Ad Alcumēnam*] Quid postquam cēnāvimus?

sine dīcat = sine eam dīcere

ALCVMENA

'Tē dormītāre' aībās. Mēnsa ablāta est. Cubitum hinc abiimus.

dormītāre=dormīre velle
aībās = āiēbās
cubitum *supīn* < cubāre; c. īre : dormītum īre

AMPHITRYO

Ubi tū cubuistī?

ALCVMENA In eōdem lectō tēcum ūnā in cubiculō.

ūnā tē-cum

AMPHITRYO [*quī iam uxōrem suam impudīcam exīstimat*] Perdidistī!

im-pudīcus -a -um

mē perdidistī

SOSIA Quid tibi est?

AMPHITRYO Haec mē modo ad mortem dedit!

ad mortem dare : interficere

ALCVMENA

Quid iam, amābō?

amābō *tē* : quaesō (dīc mihi)

AMPHITRYO Nē mē appellā!

SOSIA Quid tibi est?

AMPHITRYO Periī miser,

pudīcitia -ae *f* < pudīcus
pudīcitiae vitium additum est : pudīcitia corrupta est

quia pudīcitiae huius vitium mē hinc absente est additum.

ALCVMENA

tēd (*ante vōcālem*) = tē

Obsecrō, ēcastor, cūr istuc, mī vir, ex tēd audiō?

AMPHITRYO

Vir ego tuus sim? Nē mē appellā, falsa, falsō nōmine!

SOSIA [*sēcum*]

haerēre = fīxa esse, locō movērī nōn posse
rēs haeret : rēs nōn prōcēdit

Haeret haec rēs, sī quidem hic iam mulier facta est ex virō!

ALCVMENA

quā... propter = quāpropter, quamobrem
quāpropter ist*a* dicta dīcantur mihi

Quid ego fēcī, quā istaec propter dicta dīcantur mihi? 815

AMPHITRYO

ēdictāre = praedicāre
dē-linquere -līquisse -lictum = male facere, peccāre
sī fuī tēcum cui nupta sum

Tūte ēdictās facta tua—ex mē quaeris quid dēlīqueris?

ALCVMENA

Quid ego tibi dēlīquī, sī cui nupta sum tēcum fuī?

AMPHITRYO

im-pudēns -entis = quem nihil pudet
quid illāc (= illā) ... audācius *est?*
cognōscin' = cognōscisne

Tūn' mēcum fueris? Quid illāc impudente audācius?
Prō, dī immortālēs! [*Ad Sōsiam*] Cognōscin' tū mē saltem, Sōsia? 822

SOSIA

prope-modum = prope, paene

Propemodum.

AMPHITRYO Cēnāvīn' ego herī in nāvī in portū Persicō?

ALCVMENA

Mihi quoque adsunt testēs quī illud quod ego dīcam adsentiant.

ad-sentīre=idem sentīre, vērum esse dīcere

AMPHITRYO

frūstrārī = dēcipere, ēlūdere

Nescioquis praestīgiātor hanc frūstrātur mulierem. 830

ALCVMENA

Per suprēmī rēgis rēgnum iūrō et mātrem familiās
Iūnōnem, quam mē verērī et metuere est pār māximē,
ut mī extrā ūnum tē mortālis nēmō corpus corpore
contigit, quō mē impudīcam faceret.

AMPHITRYO Vēra istaec velim!

ALCVMENA

Vēra dīcō, sed nēquīquam, quoniam nōn vīs crēdere.

AMPHITRYO

Mulier es | —audācter iūrās!

ALCVMENA Quae nōn dēlīquit, decet
audācem esse, cōnfīdenter prō sē et prōtervē loquī.

AMPHITRYO [*cōnfidentiam eius admīrāns*]
Satis audācter.

ALCVMENA Ut pudīcam decet.

AMPHITRYO Ain'? Verbīs proba's!—

Mulier, istam rem inquīsītam certum est nōn āmittere.

ALCVMENA

Edepol mē libente faciēs.

AMPHITRYO Quid ais? respondē mihi:
Quid sī addūcō tuŭm cognātum | hūc ā nāvī Naucratem,
quī mēcum ūnā vectu'st ūnā nāvī, atque is sī dēnegat
facta quae tū facta dīcis, quid tibi aequum est fierī?
Numquid causam dīcis quīn tē hōc multem mātrimōniō?

ALCVMENA

Sī dēlīquī, nūlla causa est.

AMPHITRYO Convenit. [*Ad Sōsiam*] Tū, Sōsia,

suprēmī rēgis (Iovis) rēgnum: caelum
pār est = aequum est, oportet
ut nēmō... : 'nēminem mortālem extrā (: praeter) tē ūnum mī corpus corpore *suō* contigisse'
quō (+*coni*) = ut (eō)
velim (: utinam) ist*a* vēra *essent*

nēquīquam = frūstrā

audāx, *adv* audācter

eam decet

prōtervus -a -um = audāx; *adv* -ē
cōnfīdentia -ae *f* < cōnfīdēns

proba *es*

in-quīsītus -a -um = nōn exquīsītus; rem i.am nōn ā-mittere : rem exquīrere
mē libente=ut mihi libet (↔ mē invītā)

ad-dūcere
co-gnātus -ī *m* = vir sanguine coniūnctus (ut avunculī fīlius)
dē-negāre = negāre
facta *esse*
multāre (rē) = pūnīre (rē āmissā)
mātrimōnium -ī *n* = vīta coniugum commūnis; (uxōrem) m.ō multāre : dīmittere ē m.ō

convenit = statūtum est (inter nōs)

hōs : servōs (quī rēs Amphitryōnis in aedēs cōnferant)

dūc hōs intrō!—Ego hūc ab nāvī mēcum addūcam Naucratem.

[*Amphitryō ad portum abit.*]

SOSIA [*ad Alcumēnam*]

Nunc quidem praeter nōs nēmō est—dīc mihi vērum sēriō: 855

sēriō *adv* < sērius -a -um

ec-quis = num quis

ecquis alius Sōsia intu'st, quī meī similis siet?

ALCVMENA

abīn' = abīs-ne (: abī!)
dignus *est*

Abīn' hinc ā mē? — Dignus dominō servus!

SOSIA

Abeō, sī iubēs.

[*Sōsia intrō abit.*]

ALCVMENA

facinus -oris *n* = factum
quī *adv* = quōmodo
īn-simulāre = accūsāre
falsō *adv* ↔ vērē
Naucratē (*abl*) cognātō meō

Nimis ēcastor facinus mīrum est, quī illī collibitum siet meŏ virō sīc mē īnsimulāre falsō facinus tam malum!

Quidquid est, iam ex Naucratē cognātō id cognōscam meō. 860

[*Alcumēna aedēs intrat.*]

ACTVS TERTIVS

[Iuppiter fōrmam et vestītum Amphitryōnis gerēns in scaenam prōcēdit et spectātōrēs alloquitur.]

IVPPITER

Ego sum ille Amphitryō, cui est servus Sōsia,
īdem Mercurius quī fit quandō commodum'st,
in superiōre quī | habitō cēnāculō,
quī interdum fīō Iuppiter quandō libet.
Hūc autem cum extemplō adventum apportō, īlicō
Amphitryō fīō et vestītum immūtō meum.
Nunc Alcumēnae, quam vir īnsontem probrī
Amphitryō accūsat, vēnī ut auxilium feram.
Mercurium iussī mē continuō cōnsequī,
sī quid vellem imperāre.
[Alcumēna īrā permōta ex aedibus ēgreditur.]
Nunc hanc alloquar.

ALCVMENA *[quae Iovem nōn videt]*

Dūrāre nequeō in aedibus. Ita mē probrī,
stuprī, dēdecoris ā virō argūtam meō!—
[Iovem cōnspiciēns]
Sed eccum videō, quī modo mē miseram arguit
stuprī, dēdecoris.
[Iuppiter ad Alcumēnam accēdit. Illa sē ab eō āvertit.]
IVPPITER Tē volō, uxor, colloquī.
Cūr ā mē tē āvertistī?

quandō = cum
commodus -a -um = conveniēns
cēnāculum -ī *n* = domūs pars superior; in superiōre c.ō : in caelō!
cum extemplō= cum prīmum
adventum apportō= adveniō
īnsōns -ontis = quī nōn dēlīquit, sine culpā
probrum -ī *n* = factum indignum/impudīcum

dūrāre = sē tenēre
ne-quīre -eō = nōn posse
stuprum -ī *n* = probrum
dēdecus -oris *n* = factum indignum
arguere -uisse -ūtum = accūsāre

tē colloquī = tēcum c.

ALCVMENA Ita ingenium meum est:
ōsa sum = ōdī
ob-tuērī = intuērī
inimīcōs semper ōsa sum obtuērier.
IVPPITER
heia *interi* = ain'
Heia autem, 'inimīcōs'?
ALCVMENA Sīc est, vēra praedicō
—nisi etiam hoc falsō dīcī īnsimulātūrus es?
IVPPITER [*manum extendēns*]
īrācundus -a -um = quī facile īrāscitur
Nimis īrācunda es.
potisn*e est* ut abstineās = potestne *fierī* ut abstineās : abstinē
ALCVMENA Potin' ut abstineās manum?
sī sīs... : sī essēs...
Nam certō, sī sīs sānus aut sapiās satis,
cum eā quam tū...
arbitrēr*e* = arbitrēr*is*
quam tū impudīcam esse arbitrērе et praedicēs,
iocō (*abl*) = per iocum, iocī causā (↔ sēriō)
habeās : habērēs
cum eā tū sermōnem nec iocō nec sēriō
tibi habeās, nisi sīs stultior stultissimō!
IVPPITER
sī dīxī 'tē impudīcam esse'
Sī dīxī, nihilō magis es, neque ego esse arbitror,
id (*adv*) : ideō
et id hūc revertī utī mē pūrgārem tibi.
pūrgāre = pūrum facere, excūsāre
Nam numquam quicquam meō animō fuit aegrius
aegrē est (+*dat*) ↔ placet (meō animō : mihi)
quam postquam audīvī tēd esse īrātam mihi.
ex-pedīre = explānāre, nārrāre
"Cūr dīxistī?" inquiēs. Ego expediam tibi:
nōn quō (+*coni*) = nōn quod
nōn edepol quō tē esse impudīcam crēderem,
vērum perīclitātus sum | animum tuum,
(in animum) indūcere = cōnstituere
quid facerēs et quō pactō id ferre indūcerēs.
dīxeram : dīxī
Equidem iocō illa dīxeram dūdum tibi,
rīdiculum -ī *n* = iocus
vel : modo
rīdiculī causā. Vel rogātō Sōsiam!
ALCVMENA
Quīn hūc addūcis meŭm cognātum Naucratem,
dīxerās : dīxistī
'testem quem' dūdum 'tē adductūrum' dīxerās

'tē hūc nōn vēnisse'?

IVPPITER Sī quid dictum est per iocum,
nōn aequum est id tē sēriō praevertier.

ALCVMENA
Ego illud sciŏ quam doluerit cordī meō!

IVPPITER
Per dexteram tuăm tē, Alcumēna, ōrō, obsecrō:
dā mihi | hanc veniam, ignōsce, īrāta nē siēs!

ALCVMENA
Ego istaec fēcī verba virtūte irrita.
Nunc, quandō factīs mē impudīcīs abstinī,
ab impudīcīs dictīs āvertī volō.
Valeās! Tibi habeās rēs tuās, reddās meās!
Iubĕn' mī īre comitēs?

IVPPITER Sānan' es?

ALCVMENA Sī nōn iubēs,
ībō egomet—comitem mihi Pudĭcitiam dūxerō.

IVPPITER
Manē! Arbitrātū tuŏ iūs iūrandum dabō
'mē meăm pudīcam esse uxōrem arbitrārier'!
Id ego sī fallō, tum tē, summe Iuppiter,
quaesō Amphitryōnī ut semper īrātus siēs!

ALCVMENA
Ā, propitius sit potius!

IVPPITER Cōnfīdō fore,
nam iūs iūrandum vērum tē adversum dedī.
Iam nunc īrāta nōn es?

prae-vertī (+*dat*) = praevertere, praeferre
sēriō praevertī : magis cūrāre quam quod sēriō dictum est

: quantō dolōre cor meum affēcerit

dextera -ae *f* = dextra (: fidēs, prōmissum)
venia -ae *f*: veniam dare = ignōscere
nē sīs = nōlī esse
virtūs : pudīcitia
irritus -a -um = nihil significāns, vānus
ā factīs impudīcīs mē abstin*uī*

valeās! = valē!

iubēn' = iubēs-ne

dūxerō : dūcam (*fut*)
Pudīcitia, dea

arbitrātū tuō = ex voluntāte tuā, ut tū vīs
iūs iūrandum = quod iūrātur; i. i. dare = iūrāre
uxōrem : Iūnōnem!

ā! *interi* = āh!
propitius -a -um=favēns

eum propitium fore

tē adversum : tibi

ALCVMENA Nōn sum.

IVPPITER Bene facis.

aetās = vīta
huius modī = huius generis, tālis
capiunt : accipiunt

Nam in hominum aetāte multa ēveniunt huîus modī:
capiunt volŭptātēs, capiunt rūrsum miseriās,

inter-venīre
grātiam : amīcitiam
sī quae = sī aliquae (īrae)
venīre vēnisse ventum
re-ventum est (ab iīs) = re-vēnērunt
bis tantō *magis* amīcī

īrae interveniunt, redeunt rūrsum in grātiam.
Vērum īrae sī quae forte ēveniunt huîus modī
inter eōs, rūrsum sī reventum in grātiam est,
bis tantō amīcī sunt inter sē quam prius.—

ALCVMENA

cāvisse : cavēre

Prīmum cāvisse oportuit nē dīcerēs;

sī *tū* īdem (quī dīxistī) eadem *verba* mihi pūrgās

vērum eadem sī īdem pūrgās mī, patienda sunt.

IVPPITER

ad-ōrnāre = apparāre
vovēre vōvisse vōtum = deō prōmittere
ea vōta quae... vōvī (vōtum) exsolvere = solvere, exsequī

Iubĕ vērō vāsa pūra adōrnārī mihi,
ut quae apŭd legiōnēs vōta vōvī 'sī domum
rediissem salvus' ea ego | exsolvam omnia.

ALCVMENA

Ego istuc cūrābō.

ē-vocāre

IVPPITER [*ad servōs*] Ēvocāte hūc Sōsiam!—

prandēre = ante merīdiem cibum sūmere
quī prandeat (*coni*) = ut prandeat

Gubernātōrem quī in meā nāvī fuit
Blepharōnem arcessat, quī nōbīscum prandeat.
[*Exit Sōsia ex aedibus.*]

SOSIA

Amphitryō, adsum. Sī quid opus est, imperā: imperium exsequar.

IVPPITER

Sōsia, optimē advenīs.

SOSIA Iam pāx est inter vōs duōs?

Nam quia vōs tranquillōs videō, gaudeō et volup est mihi.

volup est = placet (↔ aegrē est)

IVPPITER

Dērīdēs, quī scīs haec dūdum mē dīxisse per iocum.

mē dērīdēs

SOSIA

An īd iocō dīxistī?| Equidem sēriō ac vērō ratus.

tē dīxisse ratus *sum*

IVPPITER

Habuī | expūrgātiōnem; facta pāx est.

expūrgātiō -ōnis *f* < *ex-pūrgāre* = pūrgāre; e.em habēre = sē expūrgāre

SOSIA Optimē est.

IVPPITER

Ego rem dīvīnam intus faciam, vōta quae sunt.

ea quae vōta sunt

SOSIA Cēnseō.

cēnseō *ita faciendum esse*

IVPPITER

Tū gubernātōrem ā nāvī hūc ēvocā verbīs meīs
Blepharōnem, quī rē dīvīnā factā mēcum prandeat.

SOSIA

Iam hīc erō cum illīc cēnsēbis esse mē!

IVPPITER Āctūtum hūc redī!

[*Sōsia ad portum properat.*]

ALCVMENA

Num quid vīs, quīn abeam iam intrō, ut apparentur quibus opu'st?

ea quibus opus *est*

IVPPITER

Ī sānē, et quantum potest parāta fac sint omnia!

quantum (: quam celerrimē) *fierī* potest
fac *ut* parāta sint (: parentur)

ALCVMENA

Quīn venīs quandō vīs intrō? Faxō haud quicquam sit morae.

faxō = faciam (*fut*)
faciam *ut* haud quicquam morae (= nūlla mora) sit

IVPPITER

Rēctē loquere et dīligentem prōinde ut uxōrem decet.

[*Alcumēna aedēs intrat.*]

IVPPITER

Iam hī | ambō, et servus et era, frūstrā sunt duo,
quī mē Amphitryōnem rentur esse: errant probē! 975
Nunc tū, dīvīne Sōsia, hūc fac adsiēs!
(Audīs quae dīcō, tam etsī praesēns nōn ades.)
Fac Amphitryōnem | advenientem ab aedibus
ut abigās: quōvīs pactō fac commentus sīs!
Volŏ dēlūdī illunc, dum cum hāc ūsūrāriā 980
uxōre nunc mī mōrigerō. Haec cūrāta sint
fac, sīs, prōinde adeō ut velle mēd intellegis,
atque ut ministrēs mihi cum sacrificem mihi!

[*Iuppiter aedēs ingreditur.*]

[*Mercurius accurrit Sōsiae similis ut anteā.*]

MERCVRIVS

Concēdite atque abscēdite omnēs, dē viā dēcēdite!
Ego sum Iovī dictō audiēns, eîus iussū nunc hūc mē af- 989
ferō,
quam ob rem mihi magis pār est viā dēcēdere et concē- 990
dere.
Pater vocat mē, eum sequor,| eîus dictō imperiō sum au-
diēns:
ut fīlium bonum patrī esse oportet, itidem ego sum pa-
trī:
amantī subparasītor, hortor, adstō, admoneō, gaudeō;

loquere = loqueris
proinde ut dīligentem uxōrem *loquī* decet (: oportet)

ambō -ae -ō = duo simul
frūstrā esse = errāre = fallī

fac *ut* adsīs = ades (*imp*)

tam etsī (tametsī) = etsī

fac ut abigās = abige
quō-vīs (*abl*) = quō-libet
com-minīscī -mentum = excōgitāre; fac *ut* commentus sīs (: comminīscāris)
mōrigerāre=mōremgerere
fac, sī vīs, *ut* haec cūrāta sint (: cūrentur)
ad-eō = quidem, sānē
ministrāre = servīre
sacrificāre = rem dīvīnam facere: bovem/ovem/porcum (*hostiam*) occīdere et deō offerre

abs-cēdere = dē-cēdere (↔ accēdere)
dictō audiēns esse (+*dat*) = oboedīre, pārēre
sē afferre = sē cōnferre, īre
mihi *dē* viā dēcēdere

eius imperiō dictō audiēns sum (= oboediō)

ad-monēre = monēre

sī quid patrī volup est, voluptās ea mihi multō māxima est.

Amat: sapit, rēctē facit,| animō quandō obsequitur suō —quod omnēs hominēs facere oportet, dum id modō fīat bonō.

ob-sequī (+*dat*) = ob-oedīre, mōrem gerere
dum (+*coni*) = dum-modo

Nunc Amphitryōnem vult dēlūdī meus pater — faxō probē!

Iam hic dēlūdētur, spectātōrēs, vōbīs īnspectantibus!

īn-spectāre = spectāre

Capiam corōnam mī in caput,| adsimulābō mē esse ēbrium,

inter pōcula convīvae *corōnīs* sē ōrnāre solent

[*tēctum mōnstrāns*] atque illūc sūrsum ēscenderō,| inde optimē aspellam virum dē superō, cum hūc accesserit; faciam ut sit madidus sōbrius!

ē-scendere -disse=ascendere; -derō : -dam (*fut*)
as-pellere (< abs-) = abigere
dē superō : dē tēctō
madidus -a -um = ūmidus, ēbrius
sōbrius -a -um ↔ ēbrius

[*Amphitryōnem advenientem cōnspicit.*]

Sed eccum Amphitryōnem, advenit; iam ille hīc dēlūdētur probē!

ōrnātum : corōnam
pōtus -a -um = ēbrius
decēre (+*dat*) = convenīre

Ībō intrō, ōrnātum capiam quī pōtīs decet,
dēin sūrsum ascendam in tēctum, ut illum hinc prohibeam.

[*Mercurius aedēs intrat.*]

ACTVS QVARTVS

[*Amphitryō sōlus ā portū revertitur.*]

AMPHITRYO

Naucratēs quem

Naucratem quem convenīre voluī in nāvī nōn erat
neque domī, neque in urbe inveniō quemquam quī il- 1010
lum vīderit.

quaeritāre = quaerere (iterum atque iterum)

Sum dēfessus quaeritandō, nusquam inveniō Naucratem. 1014

Nunc domum ībō atque ex uxōre | hanc rem pergam 1015
exquīrere,

propter quem

quis fuerit quem propter corpus suŭm stuprī complē-
verit.

quaestiō -ōnis *f* < quaerere; q.em in-quīsītam āmittere = rem nōn exquīrere

Nam mē quam illam quaestiōnem inquīsītam hodiē
āmittere

satius *comp* = melius; mē mortuum *esse* satius *est*

mortuum satiu'st!

oc-clūdere -sisse -sum = claudere (clāve)

[*Ad ōstium accēdit.*] Sed aedēs occlūsērunt. Eugepae!

eugepae! *interi* = euge!

pariter (atque ut) = eōdem modō (ut)

pariter hoc fit atque ut alia facta sunt! Feriam forēs.

aperīte hoc *ōstium*

[*Forēs pulsat.*] Aperīte hoc!| Heus, ecquis hīc est? Ec- 1020
quis hoc aperit ōstium?

[*Mercurius in tēctō aedium appāret corōnā ōrnātus.*]

MERCVRIVS

Quis ad forēs est?

AMPHITRYO Ego sum.

quid *ais* 'ego sum'

MERCVRIVS Quid 'ego sum'?

AMPHITRYO Ita loquor.

MERCVRIVS Tibi Iuppiter
dīque omnēs īrātī certō sunt, quī sīc frangās forēs!

quī frangās (*coni*) = quia frangis

AMPHITRYO
Quō modō?
MERCVRIVS Eō modō ut profectō vīvās aetātem miser!

aetātem : vītam (tōtam)

AMPHITRYO [*Mercurium in tēctō cōnspicātur*]

cōnspicārī = cōnspicere

Sōsia!!!
MERCVRIVS Ita, sum Sōsia, nisi mē id esse oblītum exīstimās?
Quid nunc vīs?
AMPHITRYO Sceleste! at etiam 'quid velim?' id tū mē rogās?
MERCVRIVS
Ita, rogō. Paene effrēgistī, fatue, foribus cardinēs!

ef-fringere -frēgisse -frāctum < ex + frangere
ē foribus
fatuus -a -um = stolidus -a -um = stultus

Quid mē aspectās, stolide? Quid nunc vīs tibi, aut quis tū es homō?
AMPHITRYO
Verberō! etiam 'quis ego sim?' mē rogitās? . . . . . .
. . . . . .
[*Dēsunt trecentī ferē versūs.*]
[*Mercurius, postquam Amphitryōnī dērīsō etiam aquam in caput fūdit eumque ita madidum atque perturbātum ab ōstiō pepulit, tandem dē tēctō dēscendit in aedēs.*

Intereā Alcumēna tumultū et clāmōribus ēvocāta forās ēgreditur. Amphitryō rūrsus uxōrem stuprī accūsat ac tam ācriter increpat ut illa, quae iam nōn dubitat quīn vir īnsānus sit, īrāta in aedēs sē recipiat.

nōn dubitat *quīn* (+ *coni*) = certō crēdit (virum īnsānum esse)

Sōsia cum Blepharōne gubernātōre ā portū reversus dominum cōnfīdenter adit, sed Amphitryō servō suō, quem eundem esse cēnset quī paulō ante sē ab aedibus prohibuerit, ācerrimē maledīcit ac verbera minātur.

Tum ipse Iuppiter Amphitryōnis fōrmam gerēns in ōstiō appāret, quem marītus ērātus 'moechum' appellat; ille vērō marītum pariter increpat eumque ab ōstiō pellit. Amphitryō dēspērāns cīvēs Thēbānōs advocat, nec quisquam eōrum adulterum ac marītum internōscere potest.

ad-vocāre

Postquam omnēs praeter Blepharōnem turbātī atque incertī discessērunt, Amphitryō amīcum suum cōnsulit, quid sibi faciendum esse cēnseat; nec vērō Blepharō dīiūdicāre quit, uter sit vērus Amphitryō atque Alcumēnae marītus.]

cōnsulere -uisse -sultum = interrogāre quid faciendum sit

quīre -eō -īvisse = posse

BLEPHARO

Vōs inter vōs partīte! Ego abeō, mihī negōtium est.

partīre = partīrī
partīte *eam*
usquam *adv* = ūllō locō

Neque ego umquam usquam tanta mīra mē vīdisse cēnseō.

AMPHITRYO

advocātus -ī *m* = vir quī adest amīcō quī accūsātur

Blepharō, quaesō ut advocātus mī adsīs nēve abeās!

BLEPHARO Valē!

Quid opu'st mē advocātō, quī | utrī sim advocātus nesciō?

[*Abit Blepharō ad portum.*]

IVPPITER [*parvā vōce*]

parturīre (< parere) = paritūra esse

Intrō ego hinc eō: Alcumēna parturit.

[*Iuppiter intrō properat neque Amphitryō hoc videt.*]

AMPHITRYO Periī miser!

Quid ego faciam, quem advocātī iam atque amīcī dēserunt?

Numquam edepol mē inultus istic lūdificābit, quisquis est!

Iam ad rēgem rēctā mē dūcam rēsque ut facta est ēloquar.

[*Circumspiciēns adulterum abesse animadvertit.*]

Sed ubi ille'st? Intrō edepol abiit, crēdō, ad uxōrem meam!

Quī mē Thēbīs alter vīvit miserior? Quid nunc agam, quem omnēs mortālēs ignōrant et lūdificant ut libet?

Certum'st: intrō rumpam in aedēs, ubi quemque hominem aspexerō,

sī ancillam seu servum, sīve uxōrem sīve adulterum,

seu patrem sīve avŭm vidēbō | —obtruncābō in aedibus!

Neque mē Iuppiter neque dī omnēs id prohibēbunt, sī volent,

quīn sīc faciam utī cōnstituī! Pergam in aedēs nunciam!

[*Amphitryō ad ōstium versus properat, cum subitō ita clārē fulget ac tam validē tonat ut ille quasi mortuus ante forēs concidat.*]

in-ultus -a -um = sine poenā meritā

rēctā *viā*
mē dūcam : mē agam, ībō
circum-spicere = circum sē aspicere

quī = quis
mē (*abl*) miserior (= m. quam ego)
ut *īīs* libet
intrō rumpere = vī intrāre/penetrāre

avus -ī *m* = pater patris /mātris
etiam sī volent

quīn (+*coni*) = nē

fulgēre = subitō lūcēre; fulget = fulgur fit
tonāre -uisse: tonat = tonitrus fit
con-cidere -disse = ad terram cadere/lābī

ACTVS QVINTVS

terror -ōris *m* < terrēre

[*Bromia ancilla terrōre perturbāta ex aedibus properat nec Amphitryōnem humī iacentem videt.*]

BROMIA

opēs = vīrēs (animī)
sepelīre -īvisse -pultum = (fūnus) terrā operīre, mergere
quīn āmīserim = (tanta) ut eam nōn āmīserim
mē cōnsequī (: persequī)
op-primere = vī superāre
ē-nicāre = necāre

Spēs atque opēs vītae meae iacent sepultae in pectore, neque ūlla'st cōnfīdentia iam in corde, quīn āmīserim! Ita mī videntur omnia, mare, terra, caelum, cōnsequī, iam ut opprimār, ut ēnicer. Mē miseram! Quid agam, nesciō.

animō (*dat*) : mihi
ab-sūmere = cōnsūmere, perdere

Ita tanta mīra in aedibus sunt facta. Vae miserae mihi! Animō male'st, aquam velim. Corrupta sum atque absūmpta sum!

videātur : vidērī (invenīrī) potest
contingere (+*dat*) = accidere

Caput dolet, neque audiō, nec oculīs prōspiciō satis, nec mē miserior fēmina est neque ūlla videātur magis! Ita erae meae hodiē contigit: nam ubi parturit, deōs invocat

crepitus -ūs *m* < crepāre
sonitus -ūs *m* < sonāre
ut...! = quam...!

— strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus! Ut subitō, ut prope, ut validē tonuit!

īn-sistere -stitisse = cōnsistere; īnstiterat : stābat

Ubi quisque īnstiterat, concidit crepitū. Ibi nescioquis māximā vōce exclāmat: "Alcumēna, adest auxilium, nē timē! Et tibi et tuīs propitius caelī cultor advenit. Exsurgite" inquit "quī terrōre meō occidistis prae metū!"

cultor -ōris *m* = incola; caelī c. : deus
ex-surgere = surgere
oc-cidere -disse = concidere

ārdēre = igne cōnsūmī
cōn-fulgēre = fulgēre

Ut iacuī exsurgō. Ārdēre cēnsuī aedēs, ita tum cōnfulgē-

bant. Ibi mē inclāmat Alcumēna; iam ea rēs mē horrōre afficit.

Erīlis praevertit metus:| accurrō ut scīscam quid velit,

atque illam geminōs fīliōs puerōs peperisse cōnspicor!

Neque nostrum quisquam sēnsimus cum peperit, neque prōvīdimus.

[*Amphitryōnem cōnspicātur.*] Sed quid hoc? Quis hic est senex quī ante aedēs nostrās sīc iacet?

Numnam hunc percussit Iuppiter?

Crēdō edepol, nam—prō Iuppiter!—sepultu'st quasi sit mortuus.

Ībō et cognōscam, quisquis est. [*Ad dominum accēdit.*] Est Amphitryō hic quidem, erus meus!

Amphitryō!

AMPHITRYO Periī!

BROMIA Surge!

AMPHITRYO Interiī!

BROMIA [*manum eius prehendēns*] Cedo manum!

AMPHITRYO Quis mē tenet?

BROMIA

Tua Bromia ancilla.

AMPHITRYO Tōtus timeō,| ita mē increpuit Iuppiter. Nec secus est quasi sī ab Accherunte veniam. Sed quid tū forās ēgressa es?

BROMIA Eadem nōs formīdō timidās terrōre impulit. In aedibus tū ubi habitās nimia mīra vīdī. Vae mihi,

in-clāmāre
horror -ōris *m* < horrēre

erīlis -e < erus/era
prae-vertere = plūs valēre, superāre
scīscere = cognōscere

sēns*it*, prōvīd*it*
prō-vidēre = (rem futūram) ante vidēre ac parāre
quid hoc *est*?

num-nam = num

inter-īre -iisse = perīre

in-crepāre = crepitū terrēre
secus = aliter
quasi sī = quam sī
Accherūns -untis *m* = Īnferī
ē-gredī -ior -gressum

eadem formīdō nōs...
im-pellere -pulisse -pulsum = percutere

Amphitryō! | Ita mihi animus etiam nunc abest.
AMPHITRYO Agedum expedī:
scīn' mē tuum esse erum Amphitryōnem?
BROMIA Sciŏ.
etiam nunc : iterum — AMPHITRYO Vidē etiam nunc!
BROMIA Sciō.
AMPHITRYO
gestāre = gerere — Haec sōla sānam mentem gestat meōrum familiārium.
BROMIA
Immō omnēs sānī sunt profectō.
AMPHITRYO At mē uxor īnsānum facit
suīs foedīs factīs! 1085
ut tū īdem — BROMIA At ego faciam tū īdem ut aliter praedicēs,
ut sciās tuam uxōrem esse piam et pudīcam — Amphitryō, piam et pudīcam | esse tuam uxōrem ut sciās.
Dē eă rē signa atque argūmenta paucīs verbīs ēloquar.
Omnium prīmum: Alcumēna geminōs peperit fīliōs.
AMPHITRYO
Aîn' tū, geminōs?
BROMIA Geminōs.
AMPHITRYO Dī mē servant!
dīcere : loquī — BROMIA Sine mē dīcere,
ut sciās tibi tuăeque uxōrī deŏs esse omnēs propitiōs. 1090
AMPHITRYO
Loquere!
uterus -ī *m* = venter mulieris — BROMIA Postquam parturīre hodiē uxor occēpit tua,
ex uterō exortī *sunt* — ubi uterō exortī dolōrēs, ut solent puerperae,
puerpera -ae *f* = mulier pariēns — invocat deŏs immortālēs, ut sibi auxilium ferant,

manibus pūrīs, capite opertō.| Ibi continuō contonat
sonitū māximō! Aedēs prīmō ruere rēbāmur tuās.
Aedēs tōtae cōnfulgēbant tuăe, quasi essent aureae!

AMPHITRYO

Quaesō, absolvitō hinc mē extemplō, quandō satis dēlūseris!

Quid fit dēinde?

BROMIA Dum haec aguntur, intereā uxōrem tuam neque gementem neque plōrantem nostrum quisquam audīvimus,
ita profectō sine dolōre peperit.

AMPHITRYO Iam istuc gaudeō,
utut ergā mē merita est.

BROMIA Mitte ista, atque haec quae dīcam accipe:
Postquam peperit, puerōs lavere iussit nōs. Occēpimus.
Sed puer ille quem | ego lāvī, ut magnu'st et multum valet!
Neque eum quisquam colligāre quīvit incūnābulīs!

AMPHITRYO

Nimia mīra memorās. Sī istaec vēra sunt, dīvīnitus
nōn metuō quīn meăe | uxōrī lātae suppetiae sient.

BROMIA

Magis iam, faxō, mīra dīcēs: Postquam in cūnās conditu'st,
dēvolant anguēs iubātī dēorsum in impluvium duo
māximī; continuō extollunt ambō capita.|

AMPHITRYO [*pavēns*] Ei mihi!

operīre -uisse opertum
con-tonāre = tonāre

ruere = concidere

ab-solvere = līberāre
hinc : (ā) metū



īnfāns incūnābulīs colligātus

gemere -uisse = graviter spīrāre ob dolōrem
audīvit

iuba -ae *f*

anguis iubātus

accipe : audī

lavere lāvisse lautum = lavāre
puer ille: Herculēs : ut magnus et validus est!
col-ligāre = vincīre, veste cingere
incūnābula -ōrum *n pl* = vestis quā colligātur īnfāns
dīvīnitus *adv* = ā dīvīs
nōn metuō quīn (+*coni*) = nōn dubitō quīn...
suppetiae -ārum *f pl* = auxilium

faxō : ita faciam
mīrum, *comp* magis m.
con-dere -didisse -ditum = pōnere (↔ prōmere)
dē-volāre
iubātus -a -um = iubam gerēns
ex-tollere = tollere
pavēre = formīdāre

BROMIA

Nē pavē! Sed anguēs oculīs omnēs circumvīsere.
Postquam puerōs cōnspicātī, pergunt ad cūnās citī.
Ego cūnās recessim rūrsum versum trahere et dūcere,
metuēns puerīs, mihi formīdāns; tantōque anguēs ācrius
persequī. Postquam cōnspexit anguēs ille alter puer,
citus ē cūnīs exsilit, facīt rēctā in anguēs impetum:
alterum alterā prehendit eōs manū pernīciter!

AMPHITRYO

Mīra memorās, nimis formīdolōsum facinus praedicās;
nam mihi horror membra miserō percipit dictīs tuīs.
Quid fit dēinde? Porrō loquere!

BROMIA Puer ambō anguēs ēnicat!—
Dum haec aguntur, vōce clārā exclāmat uxōrem tuam...

AMPHITRYO

Quis homō?

BROMIA ...summus imperātor dīvum atque hominum
Iuppiter.
Is 'sē' dīxit 'cum Alcumēnā clam cōnsuētum cubitibus,
eŭmque fīlium suum esse quī illōs anguēs vīcerit
—alterum tuum esse' dīxit 'puerum.'

AMPHITRYO Pol mē haud paenitet,
sī licet bonī dīmidium mihi dīvidere cum Iove.
Abī domum, iubē vāsa pūra āctūtum ădōrnārī mihi,
ut Iovis suprēmī multīs hostiīs pācem expetam.
[*Bromia intrō abit.*]
Ego Tēresiam coniectōrem | advocābō et cōnsulam

circum-vīsere = circumspicere; (*inf prō ind:*) circum-vīs*ere* : -vīs*unt*
cōnspicātī *sunt*
recessim (< recēdere) = rūrsum versum = retrah*ere*/dūc*ere* (*inf*) : trahō/dūcō (*ind*)

persequī (*inf*) : persequ*untur* (*ind*)
ex-silīre < ex + salīre

alterum alterā (*bis*)
pernīx -īcis = vēlōx; *adv* pernīciter

formīdolōsus -a -um = terribilis
mihi miserō
per-cipere = capere

exclāmat uxōrem tuam : e. nōmen uxōris tuae ("Alcumēna!")

dīv*um* = dīvō*rum*

cōn-suēscere -ētum esse: c. (cubitū) cum = concumbere cum
(con-)cubitus -ūs *m* < (con-)cumbere
cōnsuētum *esse* cubitibus = concubuisse

paenitēre: mē paenitet = molestē ferō, doleō
dīmidium -ī *n* = dīmidia pars; bonī d. dīvidere : bonum aequē dīvidere
ex-petere = petere; Iovis pācem e. = ā Iove p. e.
hostia -ae *f* = bēstia quae sacrificandī causā occīditur
coniector -ōris *m* = quī signa dīvīna intellegit

quid faciendum cēnseat. Simul hanc rem, ut facta est, ēloquar.

[*Iterum tonat.*] Sed quid hoc? quam validē tonuit!—Dī, obsecrō vestram fidem!

[*Cum tonitrū appāret Iuppiter.*]

IVPPITER

Bonō animō es! Adsum auxiliō, Amphitryō, tibi ĕt tuīs. Nihil est quod timeās. Hariolōs, haruspicēs mitte omnēs! Quae futūra et quae facta ēloquar multō adeō melius quam illī, cum sum Iuppiter. Prīmum omnium Alcumēnae ūsūram corporis cēpī, et concubitū gravidam fēcī fīliō. Tū gravidam item fēcistī, cum | in ĕxercitum profectu's. Ūnō partū duŏs peperit simul. Eŏrum alter, nostrō quī est susceptus sēmine, suīs factīs tē immortālī afficiet glōriā. Tū cum Alcumēnā uxōre antīquam in grātiam redī! Haud prōmeruit quam ob rem vitiō verterēs: meă vī subācta'st facere.—Ego in caelum migrō.

[*Abit Iuppiter in caelum.*]

AMPHITRYO

Faciam ita ut iubēs, et tē ōrō prōmissa ut servēs tua. Ībō ad uxōrem intrō. Missum faciō Tēresiam senem.

[*Ad spectātōrēs versus.*]

Nunc, spectātōrēs, Iovis summī causā clārē plaudite!

faciendum *esse*

auxiliō (*dat*) = ad auxilium
hariolus -ī *m*, haruspex -icis *m*: coniectōrēs quī variīs modīs nūmen deōrum exquīrunt
quae futūra/facta *sunt*

con-cubitus -ūs *m* < concumbere

partus -ūs *m* < parere
alter: Herculēs
nostrō (: meō) sēmine susceptus est : ā mē sēminātus est (meus fīlius est)

prō-merēre = merēre
quam ob rem : ut
(id) vitiō (*dat*) vertere = vitium exīstimāre
sub-igere -ēgisse -āctum = cōgere

missum facere = dīmittere

DE GRAMMATICA

I. Dē prōnōminibus

A. Prōnōmina persōnālia.

egomet = ego (ipse)
mēmet = mē (ipsum)
mihimet = mihi (ipsī)

[1] Aliquandō adicitur syllaba *-met: egomet, mēmet, mihimet (= ego, mē, mihi).*

tūte = tū (ipse)

[2] Ad persōnam secundam singulāris aliquandō adicitur *-te: tūte (= tū).*

ante vōcālem:
mēd = mē
tēd = tē

[3] Accūsātīvus et ablātīvus singulāris ante vōcālem interdum dēsinit in *-d: mēd, tēd (= mē, tē).*

B. Prōnōmina dēmōnstrātīva.

Ad fōrmās prōnōminum *hic* et *ille* in *-s* dēsinentēs interdum adicitur *-ce: hāsce, illīsce (= hās, illīs).*

-s-ce

Ad prōnōmina *ille* et *iste* aliquandō adicitur *-c:*

		Masc.	Fēm.	Neutr.
Sing.	nōm.	*illic*	*illaec*	
		istic	*istaec*	*illuc*
	acc.	*illunc*	*illanc*	*istuc*
		istunc	*istanc*	
	dat.		*illīc*	
			istīc	
	abl.	*illōc*	*illāc*	*illōc*
		istōc	*istāc*	*istōc*
Plūr.	nōm. acc.			*illaec*
				istaec

-ic = -e
-aec = -a
-uc = -ud
-unc = -um
-anc = -am
-īc = -ī
-ōc = -ō
-āc = -ā
-aec = -a

Prōnōmen *ipse:* nōm. masc. sing. *ipsus (= ipse)*; adicitur *-met: ipsemet (= ipse).*

ipsus = ipse
ipsemet = ipse

C. Prōnōmen interrogātīvum.

Masculīnum: nōminātīvus singulāris *quī* (127, 130, 382, 609, 1046 = *quis*).

quī = quis

D. Prōnōmen relātīvum.

Ablātīvus singulāris: *quī* (261,419,535 = *quā*, 340 = *quō*); *quīcum* (99, 364 = *quōcum*).

quī = quō/quā

II. Dē verbīs

A. Persōna.

Persōna secunda singulāris passivī nōnnumquam dēsinit in *-re* prō *-ris: mentīre* (344 = *mentīris*), *auferēre* (358 = *auferēris*), *vocāre* (382 = *vocāris*), *rēre* (659 = *rēris*), *arbitrēre* (905 = *arbitrēris*), *loquere* 973 = *loqueris*).

-re = -ris

B. Īnfīnītīvus.

Īnfīnītivus praesentis passīvī aliquandō dēsinit in *-ier* prō *-ī: fābulārier* (201 = *fābulārī*), *amplexārier* (465 = *amplexārī*), *memorārier* (512 = *memorārī*), *percontārier* (710 = *percontārī*), *arbitrārier* (932 = *arbitrārī*), *obtuērier* (900 = *obtuērī*), *praevertier* (921 = *praevertī*).

-ārier = -ārī
-ērier = -ērī
-ier = -ī
-īrier = -īrī

Īnfīnītīvus futūrī āctīvī: *-assere: oppugnassere* (210 = *oppugnātūrum esse*).

-assere = -ātūrum esse

Īnfīnītīvus praesentis prō indicātīvō: *suscipere, hortārī* (230 = *suscipit, hortātur*), *circumvīsere* (1110 = *circumvīsunt*), *trahere, dūcere* (1112 = *trahō, dūcō*), *persequī* (1114 = *persequuntur*).

C. Imperātīvus.

Ante imperātīvum pōnitur *nē: nē interpellā* (803 = *nōlī interpellāre, nē interpellāveris*), *nē mē appellā* (810, 813 = *nōlī mē appellāre*), *nē timē* (1064 = *nōlī timēre*), *nē pavē* (1110 = *nōlī pavēre*), *nē corrumpe* (530 = *nōlī corrumpere*).

nē -ā = nōlī -āre
nē -ē = nōlī -ēre
nē -e = nōlī -ere
nē -ī = nōlī -īre

D. Indicātīvus.

Imperfectum *-ība-* prō *-iēba-: scībam* (385 = *sciēbam*), *aībās* (807 = *āiēbās*), *aībat* (661 = *āiēbat*).

-ībam = -iēbam
-ībās = -iēbās
-ībat = -iēbat

E. Coniūnctīvus.

Coniūnctīvus praesentis verbī *esse:*

	Sing.	Plūr.
Pers. I	*siem*	—
Pers. II	*siēs*	—
Pers. III	*siet*	*sient*

siem = sim
siēs = sīs
siet = sit
sient = sint

DE VERSIBVS

I. Syllabae brevēs et longae.

Is amār' occēpit Alcumēnam clam virum.

Hic versus trēdecim syllabās continet: *i-ſa-mā-r'oc-cē-pi-ſAl-cu-mē-nam- clam- vi-rum.*

Syllaba **brevis** in vōcālem brevem dēsinit, ut *i, sa, pi, cu, vi*; syllaba **longa** dēsinit in vōcālem longam aut in diphthongum aut in cōnsonantem, ut *mā, roc, cē, tal, mē, nam, clam, rum.* In versibus legendīs ūna syllaba longa aequē prōdūcitur ac duae brevēs.

prō-dūcere = longum facere

⏑ = syllaba brevis
— = syllaba longa

In exemplīs quae sequuntur haec nota [⏑] syllabam brevem significat, haec [—] syllabam longam.

II. Contractiō syllabārum.

con-tractiō -ōnis *f* < contrahere

[A] Cōnsonāns vocābulī ultima cum vōcālī prīmā (vel *h-*) vocābulī sequentis ita contrahitur ut initium syllabae faciat:

Exempla ex *Amphitryōne:*

I-ſa-mā-r'oc-cē-pi-ſAl-cu-mē-nam 107

Ti-me-ſho-mō 295

Qui-ſi-ſex-quī-ris 342

Qui-ſe-ru-ſes-ſi-gi-tur- ti-bi 362

[B] Vōcālis vocābulī ultima (item *-am, -em, -im, -um*) ēlīditur ante vōcālem prīmam (vel *h-*) vocābulī sequentis.

Exempla:

legendum sīc:
Īb'eg'illīc obviam
Tū m'her'hīc vīdist' eg'inquam
c'extempl'advent'apport' īlicō
Mercuriō'st
Alcumēna'st
bellum'st
Sōsia's

Īb(ō) eg(o) illīc obviam 263

Tū m(ē) her(ī) hīc vīdist(ī)? Eg(o), inquam 725

c(um) extempl(ō) advent(um) apport(ō), īlicō 865

In vocābulīs *est* et *es* ēlīditur *e* post vōcālem et *-m*: *Nōmen Mercuriō (e)st mihi* 19, *Alcumēna (e)st* 99, *bellum (e)st* 101, *Sōsia (e)s* 427. Aliquandō scrībitur *-st, -s*: *factum'st* 431, 749, *ille'st* 1045, *ūlla'st* 1054, *proba's* 838.

Inter vocābula quae nōn contrahuntur pōnitur līnea tenuis [|]: *sī | ego* 358, *quō | agis tē?* 450, *quī | habitō* 863, *advēnimus,| ubi* 203, *facit,| animō* 995.

[C] Nōnnumquam etiam in eōdem vocābulō bīnae vōcālēs in singulās syllabās contrahuntur (id quod **synīzēsis** vocātur et hāc notā [‿] significātur).

‿ = synīzēsis -is *f*

Exempla ex *Amphitryōne: perdŭellēs* 250, *antehāc* 458, *eāmus* 543, *anteït* 649, *aïbās* 807, *prōinde* 973, *deōrsum* 1108, *huïus* 96, *cuïus* 346, *eïus* 989.

III. Syllabae acūtae.

Is amāre occēpit Álcumēnam clám virúm.

In hōc versū sex syllabae **acūtae** sunt: *mā́, cé, tál, mḗ, clám, rúm.* Syllabae acūtae, quae hāc notā [´] significantur, vōce māiōre seu clāriōre leguntur quam cēterae.

´ = syllaba acūta

In versibus nōn sōlum syllaba vocābulī paenultima (i. e. secunda ā fīne) et antepaenultima (i. e. tertia ā fīne) acuī potest, sed etiam ultima.

paen-ultimus -a -um
< paene ultimus
acuere -uisse -ūtum
= acūtum facere

IV. Syllabae correptae.

[A] Littera *-s* vocābulī postrēma interdum excidit post *u* vel *i* brevēs, ita ut syllabae *-us* et *-is* corripiantur in *-u'* et *-i'* (id quod in hōc librō scrībitur -us et -is):

ex-cidere -disse < ex + cadere
cor-ripere -iō -uisse -reptum = brevem facere (↔ prōdūcere)

Exempla ex *Amphitryōne: Iovis: Iovi'* 19; *prius: priu'* 102; *meus: meu'* 112; *nimis: nimi'* 213; *agis: agi'* 450; *magis: magi'* 595; *opus: opu'* 791.

Syllaba *-us* in *-u'* correpta cum *est* et *es* contrahitur in *-u'st* et *-u's;* item *-is* (i.e. *-i'* > *-e*) interdum cum *est* contrahitur in *-e'st:*

-u'st < *-us est*
-u's < *-us es*
-e'st < *-is est*

Exempla: *āctūru'st* 88, *praefectu'st* 100, *itūru'st* 263, *domu'st* 362, *eru'st* 381, *opu'st* 445, *vāniloquu's* 379, *dōnātu's* 780, *simile'st* 442, *quale'st* 537.

[B] Nōnnumquam corripitur syllaba longa quae syllabam brevem sequitur. Id fierī potest:

(1) sī syllaba brevis acuitur, ut *vidē* > *vídĕ.*

⏑ — > ⏑ ⏑

Exempla: *méŏ* 126, *sciŏ* 437, *hérĭ* 514, *tácĕ* 743, *mánĕ* 765, *vídĕ* 787, *túŏ* 774, *ábĭ* 1126, *éŏs* 657, *túăe* 453, *méăe* 1106, *éăm* 281, *súŏs* 712, *ápŭd* 947.

⏑ — ´ > ⏑⏑´

(2) sī syllabam brevem et longam sequitur syllaba acūta, ut *meō mŏ́re* > *meŏ mŏ́re*.

Exempla: *eŏr' óppidum* 210; *herī mĕ́* 731; *iubĕ vĕ́rō* 946; *meă vĭ́* 1143; *deŏs ésse* 284; *deŏs ínvocat* 1061; *in ĕxércitum* 125; *eŏs lĕ́gat* 205; *quidĕm cértē* 417; *meăe nŭ́ntiāre* 452; *enĭmvĕ́rō* 344; *volŭptā́tēs* 939; *suĭs fáctīs* 1140.

breviāre = brevem facere, corripere

Haec lēx, quā syllaba brevis syllabam sequentem breviāre vidētur, **brevis breviāns** appellātur. Ut ex exemplīs appāret, hāc lēge corripiuntur vel breviantur etiam syllabae quae dēsinunt in cōnsonantem aut in diphthongum.

˘ = syllaba correpta

Syllabae quae hāc lēge breviantur notā [˘] significāvimus.

V. Pedēs.

Is amā|r' occē|pit Al|cumē|nam clam| virum.

Īdem versus dīviditur in sex **pedēs**, quōrum prīmus est *i-sa-mā-*, secundus *roc-cē-*, tertius *pi-tal-*, quārtus *cu-mē-*, quīntus *nam-clam*, sextus *vi-rum*. Pēs dīcitur versūs pars quae plērumque duās aut trēs syllabās continet.

— ⏑ trochaeus -ī *m*
⏑ — iambus -ī *m*

Pedēs bīnārum syllabārum sunt **trochaeī** et **iambī**. Trochaeus cōnstat ex syllabā longā et brevī, ut *Rō̲-mą̆;* iambus ex brevī et longā, ut *vi̯-rō̲*.

— ⏑⏑ dactylus -ī *m*
⏑⏑ — anapaestus -ī *m*

Pedēs ternārum syllabārum sunt **dactylī** et **anapaestī**. Dactylus cōnstat ex syllabā longā et duābus brevibus, ut *fā̲-bu̯-la̯;* anapaestus ex duābus brevibus et longā, ut *do̯-mi̯-nō̲*.

Saepe prō duābus syllabīs brevibus pōnitur ūna longa itemque prō ūnā longā duae brevēs. Ita in locō dactylī [— ⏑⏑] vel anapaestī [⏑⏑ —] duae syllabae longae [— —] inveniuntur, id est **spondēus**, et prō trochaeō [—⏑] vel iambō [⏑—] trēs brevēs [⏑⏑⏑], id est **tribrachys**. Rārius in locō dactylī vel anapaestī inveniuntur quattuor syllabae brevēs [⏑⏑⏑⏑], id est pēs **proceleusmaticus**.

— — spondēus -ī *m*
⏑⏑⏑ tribrachys -yis *m*

⏑⏑⏑⏑ proceleusmaticus -ī *m*

In singulīs pedibus acuitur syllaba longa aut prior ex bīnīs brevibus: trochaeus — ⏑, iambus ⏑ —, dactylus —⏑⏑ aut —◡⏑, anapaestus ⏑⏑— aut ◡⏑—, spondéus —— aut — —, tribrachys ◡⏑⏑ aut ⏑◡⏑, proceleusmaticus ◡⏑⏑⏑ aut ⏑⏑◡⏑.

[VI] Versuum genera.

Versūs quī in sēnōs pedēs dīviduntur **sēnāriī** appellantur; item **septēnāriī** dicuntur versūs quī septēnōs, **octōnāriī** quī octōnōs pedēs continent.

sēnārius -a -um < sēnī
septēnārius -a -um < septēnī -ae -a = 7 et 7...
octōnārius -a -um < octōnī -ae -a = 8 et 8...

Trochaicus dīcitur versus quī nūllōs iambōs continet, sed tantum trochaeōs aliōsve pedēs quōrum prīmae syllabae acuuntur; quī nūllōs trochaeōs continet, sed tantum iambōs aliōsve pedēs quōrum nōn prīmae, sed ultimae aut paenultimae syllabae acuuntur, versus **iambicus** dīcitur.

VII. Versūs iambicī.

Versūs iambicī quibus ūtitur Plautus nōn sōlum iambōs [⏑ ‒́] continent, sed etiam hōs pedēs quōrum ultimae aut paenultimae syllabae acuuntur: anapaestōs [⏑⏑ ‒́], dactylōs [— ◌́⏑], spondēōs [— ‒́], tribrachyēs [⏑◌́⏑], rārius proceleusmaticōs [⏑⏑◌́⏑]; sed pēs postrēmus aut iambus est aut ex duābus syllabīs brevibus cōnstat [⏑⏑], pēs **pyrrichius** quī vocātur.

⏑ ‒́
⏑⏑ ‒́
— ◌́⏑
— ‒́
⏑◌́⏑
⏑⏑◌́⏑

⏑⏑ pyrrichius -ī *m*

[A] Versus **iambicus sēnārius** dīviditur in sex pedēs quī sīc ōrdinantur:

⏑⏑ ◌́⏑ | ⏑⏑ ◌́⏑ | ⏑⏑ ◌́⏑ | ⏑⏑ ◌́⏑ | ⏑ ◌́ |

Exempla ex *Amphitryōne:* versus

Iovi' iús|sū vé͡ni|ō. Nṓ|men Mér|curió'st| mihi. 19
Haec úrb|s est Thḗ|b'In͡íl|līsc'hábi|tat͡áe|dibús 97
Amphítry|ō, nā́|tus͡Ár|gīs Ál|caeṓ| patre, 98
quīc'Ál|cumḗ|na'st núp|t'Ēléc|trī fī́|lia. 99
Bene prós|per'hóc͡ho|di'ópe|ris prṓ|cessít| mihi. 463

In *Amphitryōne* versūs sēnāriī iambicī sunt: 1–152, 463–498, 861–955, 974–983, 1007–1008, 1131–1143.

[B] Versus **iambicus octōnārius** cōnstat ex octō pedibus:

⏑⏑ ◌́⏑ | ⏑⏑ ◌́⏑ | ⏑⏑ ◌́⏑ | ⏑⏑ ◌́⏑ | ⏑⏑ ◌́⏑ | ⏑⏑ ◌́⏑ | ⏑⏑ ◌́⏑ | ⏑ ◌́ |

Versus iambicus octōnārius saepe in duās partēs dīviditur, quārum uterque quaternōs pedēs continet. In versū ita dīvīsō

nōn modo pēs postrēmus, sed etiam pēs quārtus semper iambus (vel pyrrichius) est:

⏑⏑ ⏑⏑ | ⏑⏑ ⏑⏑ | ⏑⏑ ⏑⏑ | ⏑ ⏑ ‖ ⏑⏑ ⏑⏑ | ⏑⏑ ⏑⏑ | ⏑⏑ ⏑⏑ | ⏑ ⏑

versus

Exempla ex *Amphitryōne:*

188 *Victŏ|rēs víc|tīs hós|tibús‖ legiŏ|nēs réve|niúnt| domúm*

190 *Quod múl|ta Thḗ|bānŏ| poplŏ‖ acér|b'obiḗ|cit fŭ|nera*

191 *id v'ét| virtŭ|te mĭ|litúm‖ vict'át|qu'expúg|nāt'óp|pidúm'st*

216 *Haec úbi| lēgā́|tī pér|tulḗ|r'Amphítry|'ē cás|trīs ī́|licō*

217 *prōdŭ́|cit͡óm|n'exér|citúm.‖ Contrā́| Tēlóbo'|ex óp|pidŏ́*

218 *legiŏ|nēs ḗ|dūcúnt| suā́s‖ nimi' púl|chrīs ár|mīs práe|ditā́s*

251 *Vertén|tibús| Tēlóbo|īs tḗ|līs cóm|plēbán|tur cór|pora*

984 *Concḗ|dit'át|qu'abscḗ|dit'óm|nēs, dḗ| viā́| dēcḗ|dite!*

999 *Capiám| corŏ́|nam m'ín| capút,‖ adsímu|lābŏ́| m'ess'ḗ|briúm*

1053 *Spēs át|qu'opḗs| vītáe| meáe‖ iacént| sepúl|t'in péc|tore*

1055 *Ita mĭ́| vidén|tur͡óm|nia,‖ mare, tér|ra cáe|lum cŏ́n|sequĭ́*

In *Amphitryōne* versūs iambicī octōnāriī sunt: 180–218, 248–262, 984–1005, 1053–1061, 1063, 1066–1071, 1074–1085.

VIII. Versūs trochaicī.

— ⏑
— ⏑⏑
⏜⏑ —
— —
⏜⏑⏑
⏜⏑⏑⏑

Versūs trochaicī nōn modo trochaeōs [— ⏑] continent, sed etiam aliōs pedēs quōrum prīmae syllabae acuuntur: dactylōs [— ⏑⏑], anapaestōs [⏜⏑ —], spondēōs [— —], tribrachyēs [⏜⏑⏑], rārius proceleusmaticōs [⏜⏑⏑⏑].

Versus **trochaicus septēnārius** cōnstat ex septem pedibus integrīs et ūnā syllabā longā vel brevī. Pēs septima semper trochaeus [— ⏑] vel tribrachys [⏜⏑⏑] est.

— ⏑ | — ⏑ | — ⏑ | — ⏑ | — ⏑ | — ⏑ | — ⏑ | —

versus

Exempla ex *Amphitryōne:*

263 *Átta|t͡ílli|c͡hŭ́c͡i|túru's|t͡íb'e|g'íllī|c͡óbvi|ám,*

264 *néqu'eg'hun|c͡hóminem| hódi'a|d͡áedē|s͡hā́s si|n'úmqu' ac|cḗde|re.*

291 *Ī́b'ut͡er|ús quo|d͡ímpe|rā́vi|t͡Álcu|mḗnae| nŭ́nti|ém.*

336 *Nŏ́n͡ede|pól nun|c͡úbi ter|rārum| sím sci|ŏ́, sī| quís ro|gét,*

néque mi|sér mē| cómmo|vḗre| póssum| práe for|mīdi|ne! 337
Béne va|l'Álcu|mḗna!| Cūrā| rém com|mūnem,| quód fa|cís. 499
Nímia| mémorās| mīra.| Séd vī|dístī|n'úxō|rém me|ám? 616
Ámphitry'|úxō|rém sa|lūtat| láetus| spḗrā|tám su|ám! 676
Pér su|prḗmī| rḗgis| rḗgnum| iūr'et| mātrem| fámili|ās 831

In *Amphitryōne* versūs trochaicī septēnāriī sunt: 263–462, 499–550, 585–860, 956–973, 1009–1052, 1064–1065, 1072, 1086– 1130, 1144–1146.

IX. Versūs crēticī et bacchiacī.

Pēs **crēticus** cōnstat ex syllabā longā et brevī et longā, ut *fē-mi-nae;* **bacchīus** ex syllabā brevī et duābus longīs cōnstat, ut *se-cun-dum.*

— ⏑ — crēticus -ī *m*

⏑ — — bacchīus -ī *m*

[A] **Crēticus tetrameter** dīcitur versus quī quattuor pedēs crēticōs continet:

— ⏑ — | — ⏑ — | — ⏑ — | — ⏑ —

tetrameter -trī *m* = versus quattuor pedum (= quaternārius)

Exempla ex *Amphitryōne:*

versus

Póstqu'utrím|qu'éxitúm'st| māximā| cópiā 219
cṓnsonát| térra, clā|mṓr'utrím|qu'éfferúnt. 228
Ímperā|tṓr utrím|qu'hínc el'īl|línc Iovī 229

Interdum prō syllabā brevī longa invenītur: [— — —], i.e. pēs trium syllabārum longārum (**molossus** quī vocātur):

— — — molossus -ī *m*

nṓs nostrās| mṓre nós|tr'ét mod'ín|strúximús 221
hóstēs crḗ|brī cadúnt,| nóstrī cón|tr'íngruúnt 236

Prō syllabā longā etiam bīnae brevēs pōnī possunt, ut in hōc versū:

Dḗniqu'út| vóluimús,| nóstra súpe|rát manús 235

In *Amphitryōne* versūs crēticī tetrametrī sunt: 219–221, 227–236.

[B] Versus **bacchiacus tetrameter** ex quattuor bacchīīs cōnstat:

⏑ — — | ⏑ — — | ⏑ — — | ⏑ — —

Exempla ex *Amphitryōne:*

Ag'ī tū| secúndum!| Sequór sub|sequór tē. 551
Sceléstis|sim'áudēs| mihī prae|dicār'id: 561

562 *domī́ t'es|se núnc qu'hī|ℰadés? Vē|ra dī́cō.*
568 *hom'ídem| duōbus| locī́s⁀ut| simúl sit*

Nōnnumquam prō syllabā brevī longa invenītur: [— — —] (pēs molossus), ut in hīs versibus:

566 *Tūn⁀íd dī|cer'áudēs| quod nḗm'um|qu'hom'ánt'hāc*
567 *vīdít, nec| potést fī|erī́, tem|por'ū́nō*

Rārius prō syllabīs longīs bīnae brevēs pōnuntur, ut in hīs versibus:

565 *Tūn' mḗ, ver|ber'áudē|s⁀érúm lū|dificā́rī?*
572 *Meritṓ male|dīcā́s mihi,| sī nṓn⁀íd⁀ī|ta fáctum'st*

In *Amphitryōne* versūs bacchiacī tetrametrī sunt 551–573. Versūs bacchiacī variī, quī et pedēs bacchīōs et aliōs continent, sunt 635–651.

X. Index versuum *Amphitryōnis* cōmoediae

Argūmentum: iambicī sēnāriī
Prologus: iambicī sēnāriī
— — —
186–218 iambicī octōnāriī
219–221 crēticī tetrametrī
222 trochaicus septēnārius
227–236 crēticī tetrametrī
— — —
248–262 iambicī octōnāriī
263–462 trochaicī septēnāriī
463–498 iambicī sēnāriī
499–550 trochaicī septēnāriī
551–573 bacchiacī tetrametrī
574–579 incertī
— — —
592–628 trochaicī septēnāriī
— — —
635–651 bacchiacī variī
654–860 trochaicī septēnāriī
861–955 iambicī sēnāriī
956–973 trochaicī septēnāriī
974–983 iambicī sēnāriī
984–1005 iambicī octōnāriī
1006–1008 iambicī sēnāriī
1009–1052 trochaicī septēnāriī
1053–1061 iambicī octōnāriī
1062 anapaesticus
1063 iambicus octōnārius
1064–1065 trochaicī septēnāriī
1066–1071 iambicī octōnāriī
1072 trochaicus septēnārius
1073 iambicus quaternārius
1074–1085 iambicī octōnāriī
1086–1130 trochaicī septēnāriī
1131–1143 iambicī sēnāriī
1144–1146 trochaicī septēnāriī

INDEX VOCABVLORVM

A
ā! 935
ab-igere -ēgisse -āctum 150, 979
abitus -ūs *m* 529, 641, 646, 662
abs-cēdere 984
ab-solvere 1097
ab-sūmere 1058
āctus -ūs *m* (*ante* 186)
āctūtum *adv* 530, 544, 627, 969, 1126
ad-dūcere 849, 854, 918, 919
ad-eō *adv* (*Prf* 42), 254, 468, 678, 982, 1134
ad-modum *adv* (*Prf* 110), 541
ad-monēre 993
adōria -ae *f* 193
ad-ōrnāre 946, 1126
ad-pōtus -a -um 282
ad-sentārī 702, 751
ad-sentīre 824
ad-simulāre 115, 999
ad-stāre 747, 993
adulter -erī *m* (*Prf* 115, 119, *Arg* 10), 1049
adventus -ūs *m* (*ante* 186), 641; a.um apportāre 865
adversum, a. īre 675, tē a. 936
adversus, tē a. 750
ad-vertere, animum a. (*Prf* 19), 95, 393
ad-vocāre (*ante* 1035), 1128
advocātus -ī *m* 1037, 1038, 1040
aedēs -ium *f* (*Prf* 104), 97, 150, 292, 350, 406, 448, 603, 617, 700, 733, 882, 978, 1018, 1048, 1050, 1052, 1057, 1067, 1072, 1080, 1095, 1096
aegrius *comp* 910
aegrum -ī *n* 641
aequum 687, 851, 921
aetās -ātis *f* (*Prf* 53), 938, 1023
aethēr -eris *m* (*Arg* 9)
af-ferre, sē a. 989
age-dum 783, 1081
agere ēgisse āctum (*Prf* 5), 88; 500; sē a. 450
āh! 520
āiō, aībat 661, aībās 807; quid ais? 364, 418, 620, 848
al-loquī (*ante* 19), 388, 881
amāre, amābō 540, 810
amātor -ōris *m* (*Prf* 80), 106
ambō -ae -ō 974, 1109, 1119
ā-mittere 847, 1017
ā-movēre -mōvisse 464, 468
amplexārī 465
an 457, 662, 690, 745, 773, 964
anguis -is *m* (*Prf* 102), 1108, 1110, 1113–1115, 1119, 1123
animatus -a -um 209, 762
ante-īre 649
antid-hāc 711
ap-parāre (*Prf* 15), 970
ap-portāre, adventum a. 865
arbitrātus -ūs *m* 259; 931
ārdēre ārsisse 1067
arguere -uisse -ūtum 883, 897
argūmentum -ī *n* (*Prf* 18, *Arg*), 51, 96; 423, 433, 806, 1087
a-spectāre 270, 1028
as-pellere 1000
as-portāre 207
attat! 263
audācter 836, 838
audiēns esse +*dat* 989, 991
auspicium -ī *n* 192, 196, 657; 690
autumāre 332, 416, 752
avus -ī *m* 1050

B
barba -ae *f* 445
beāre 641
bīlis -is *f* 727
blatīre 626

C
cadus -ī *m* 429
capessere, sē c. 262
captāre 422, 795
carnifex -icis *m* 376, 422, 518
cavea -ae *f* (*Prf* 2, 20)
cedo 778, 1076
cēnāculum -ī *n* 863
certum est 265, 339, 787, 847, 1048
circum-spicere (*ante* 1045)
circum-vīsere 1110
cistula -ae *f* 420, 773, 783, 792
citō *adv* (*Prf* 16), 689, 728
citus -a -um 1111, 1115
clam (*Prf* 79), 527; +*acc* 107
clanculum *adv* 523, 795, 797
cluēre 647
coetus -ūs *m* 657
co-gnātus -ī *m* 849, 860, 918
co-īre (*Prf* 116)
col-libēre -itum esse 343, 858
col-ligāre 1104
col-loquī |(+*acc*)| 339, 898
com-meminisse 254, 738
com-minīscī -mentum 979
commodus -a -um 862
com-morārī 690
com-movēre 337
com-mūtāre (*ante* 19), 53
com-placēre -uisse/-itum esse (*Prf* 42), 106
compos -otis 642
compressus -ūs *m* 109
com-primere -pressisse -pressum (*Prf* 100); 496
con-cēdere (*post* 150), 546, 984, 990
con-cidere (*post* 1052), 1063
concinnāre 529, 728
con-clūdere -sisse -sum 341
concubitus -ūs *m* 1136
con-cumbere -cubuisse (*Prf* 88)
con-dere -didisse -ditum 1107
con-dignus -a -um 537, 538
con-dōnāre 536
cōn-ferre con-tulisse col-lātum (*ad* 854), sē c. (*post* 460), culpam c. in 788
cōnfīdenter 339, 837
cōnfīdentia -ae *f* (*post* 837), 1054
cōn-fulgēre 1067, 1096
con-gemināre (*Prf* 89), 786
coniector -ōris *m* 1128
cōn-sequī 635, 880, 1055
cōn-servus -ī *m* 129
cōn-similis -e (*Prf* 113), 443
cōn-sonāre 228
cōn-spicārī (*ad* 1024), 1070, 1111
cōn-suēscere -ēvisse/-ētum esse 1122
cōnsulere -uisse -sultum (*ante* 1035), 1128
con-templāre 441
con-tinēre 690
con-tingere -tigisse -tāctum (*post* 408), 834; 187, 1061
con-tonāre -uisse 1094
contrā *adv* 217, 222, 227, 236, 339, 655

con-tundere -tudisse -tūsum (*ad* 395), 407, 618, 624
con-venīre 767, 1009; 853
corōna -ae *f* 999
cor-rumpere 530, 1058
crēber -bra -brum (*Prf* 13), 236
crēbrō *adv* 128
crepāre -uisse 496
crepitus -ūs *m* 1062, 1063
cruciātus -ūs *m* 793
cubitus -ūs *m* 1122
cui-vīs 594 v. quī-vīs
culpa -ae *f* 788
cultor -ōris *m* 1065

D
dē-cēdere (*Prf* 43), 984, 990
decēre +*dat* 1007
dē-cipere -iō -cēpisse -ceptum (*Prf* 114, *Arg* 5), 424
dēdecus -oris *n* 883, 898
dē-dere -didisse -ditum 258
dē-discere 688
dē-dūcere 215
dē-ferre 701
dēfessus -a -um (*ante* 186), 1014
dē-ligere -lēgisse -lēctum 204
dē-linquere -līquisse 816, 817, 836, 853
dēlīrāmenta -ōrum *n pl* 696
dēlīrāre 727, 728, 789
dē-lūdere (*Arg* 7), 295, 980, 997, 998, 1005, 1097
dē-mīrārī 765
dē-negāre 850
dē-perīre 517
dērīdiculum -ī *n* 682
dē-volāre 1108
dextera -ae *f* 923
diciō -ōnis *f* 259
dictō audiēns esse 989, 991
dī-iūdicāre 677, (*ante* 1035)
dīlūculum -ī *n* 737, 743
dīmidium -ī *n* 1125
disertus -a -um, *adv* -ē 579
dis-pertīre (*Prf* 6), 220
dīvīnitus *adv* 1105
dīvīnus -a -um (*Prf* 80), 258, 966, 968, 976
dīvus -ī *m* (*Prf* 58), 635, 1121
dolus -ī *m* (*Arg* 5)
dōnāre (+*abl*) 137, 761, 763, 766, 771, 780
dōnec (*Arg* 9), 598
dōnō dare 534, 538, 761, 790
dormītāre 807
dracō -ōnis *m* (*Prf* 102)
dūcere, sē d. 1042
ductus -ūs *m* 196, 657
dūdum *adv* 387, 479, 602, 620, 624, 661, 683, 691, 692, 699, 767, 916, 963; iam d. 618
duellum -ī *n* 189
dum +*coni* 996
dūrāre 882

E
ē-bibere 431
ēcastor 508, 537, 663, 682, 698, 714, 730, 812, 858
eccam 778
eccum 120, 335, 497, 897, 1005
ec-quid 577
ec-quis 856, 1020
edepol 281, 282, 336, 441, 516, 654, 753, 762, 768, 848, 913, 1041, 1045, 1074
ē-dere -didisse -ditum (*Prf* 51, 82), 232
ē-dictāre 816
ē-dissertāre 600
ē-dormīscere 697
ē-dūcere 218; 430
ef-ferre ex-tulisse ē-lātum 228
efflīctim *adv* 517
ef-fringere -frēgisse -frāctum 1026
ef-fugere 451
ego-met 416, 425, 434, 457, 598, 607, 930
ē-gredī -ior -gressum 1079
ei! 798, 805, 1109
ē-loquī 51, 96, 200, 420, 1042, 1087, 1129, 1133
ē-lūdere (*Prf* 113), 265
em 778
ē-mentīrī 411
ē-nicāre 1056, 1119
enim, certē e. 331, 658
enim-vērō 344, 410, 759, 772
eō (= ideō) 756
era -ae *f* (*ante* 186), 261, 452, 974, 1061
erīlis -e 1069
errāre 975
ē-scendere 1000
euge! 802
eugepae! 1018
ē-venīre (*Prf* 25),187, 938, 941
ē-vocāre 949, 967
ex-cipere (*Prf* 96)
ex-clāmāre (+*acc*) 1120
ex-imere -ēmisse -ēmptum 796
ex-optāre 654
ex-orīrī -ortum 422, 1092
ex-ossāre 342
ex-pedīre 912, 1081
ex-perīrī -pertum 508, 512, 637, 662
ex-pers -pertis 713
ex-petere 1127
ex-pūrgāre (965)
expūrgātiō -ōnis *f* 965
ex-quīrere -sīvisse -sītum 342, 715; 628, 791, 803, 1015
ex-sequī 262, 956; 801
ex-silīre -uisse 1115
ex-solvere 783, 784; 948
ex-stinguere -īnxisse -īnctum (*ante* 186), 189
ex-surgere 1066, 1067
extemplō *adv* 207, 865, 1097
ex-tollere 1109

F
fac +*coni* 971, 976, 979, 982
faciēs -ēī *f* (*Arg* 1)
facinus -oris *n* 858, 859, 1117
falsō *adv* 859, 902
familiāris -is *m* 127, 146, 359, 1083
fatuus -a -um 1026
faxō (*fut*) 972, 997, 1107
ferīre 232, 1019
fēstus -a -um (*Prf* 12, 13)
fidēs -eī *f* 376, 455, 1130; 391
foedus -eris *n* 395
formīdāre (*ad* 320), 1113
formīdō -inis *f* 337, 1079
formīdolōsus -a -um 1117
forte, sī f. 457, f. sī 621
frētus -a -um (*Prf* 37), 212
frūstrā esse 974
frūstrārī 830
fugāre (*Prf* 75), 136
fulgēre -sisse (*post* 1052)
fūnus -eris *n* (*Prf* 9), 190
furcifer -erī *m* 539
fūstis -is *m* 358

G
gemere -uisse 1099
gēns, nusquam gentium 620, 686
gerere gessisse gestum 196, 655,

784; mōrem g. 131
gestāre 1083
gradus -ūs *m* (*Prf* 4)
grammaticus -ī *m* (*Prf* 121, 126)
grātia -ae *f* 940, 942, 1141

H
hāc *adv* 628, 660
haerēre haesisse 814
hariolus -ī *m* 1132
haruspex -icis *m* 1132
heia! 901
hercle 397, 408, 736
hirnea -ae *f* 429, 431, 432
histriō -ōnis *m* (*Prf* 5)
horror -ōris *m* 1068, 1118
hostia -ae *f* (*ad* 983), 1127

I
id *adv* 909
ignōbilis -e 440
īlicō *adv* 216, 714, 799, 865
illī *adv* 133,148, 249, 744, 761
illic *m* 149, 263, 432; illaec *f* 766; illuc *n* 270; illunc *acc m* 150, 980; illīc *dat m* 263; illāc *abl f* 432, 818; illaec *acc pl n* 416
illō *adv* 197, 203, 603
il-lūcēscere 547
imāgō -inis *f* 121, 141, 265, 458
im-mūtāre 456, 866
im-pellere -pulisse -pulsum 1079
im-percere 500
im-prānsus -a -um 254
im-pudēns -entis 818
im-pudīcus -a -um (*ante* 809), 834, 905, 913, 926, 927
in-cēdere -cessisse 119, 335
in-clāmāre 1068
in-crepāre -uisse (*Prf* 117), 213, 1077
incūnābula -ōrum *n pl* 1104
in-dūcere (*Prf* 59, 105), 915
indūtiae -ārum *f pl* 389
īn-ferre in-tulisse il-lātum 733
īnfortūnium -ī *n* 451
in-gredī -gressum 429
ingruere 236
in-iūrātus -a -um 437
in-quīsītus -a -um 847, 1017
īnsānia -ae *f* 798
īnsānīre 753
īn-sānus -a -um (*ad* 604), 1084
īn-scendere -disse 450
īn-sciēns -entis (*Prf* 114)
īn-simulāre 859, 902
īn-sistere -stitisse 1063
īnsōns -ontis 869
īn-spectāre 998
īn-spicere -iō -exisse -ectum (*ad* 441), 442, 774, 787
inter-īre -eō -iisse 1076
inter-necāre 189
inter-nōscere -nōvisse (*Prf* 111), 142
inter-venīre 940
intrō *adv* 409, 617, 854, 970, 972, 1007, 1039, 1045, 1145
intus 770
in-ultus -a -um 1041
invītus -a -um 663
iocus -ī *m* (*Prf* 62); iocō 906, 916, 964; per iocum 920, 963
ipse-met 102
ipsus 252, 415, 754
īrācundus -a -um 903
īrāscī 522, 540
ir-ritus -a -um 925
istic *m* 575, 619, 747, 1041; istuc *n* 512, 595, 596, 628, 692, 710, 747, 763, 791, 812, 949, 1100; istunc *acc m* 699; istanc *acc f* 754; istōc *abl n* 378; istaec *n pl* 757, 815, 834, 925, 1105
iterāre (*Prf* 127), 211
itidem 443, 712, 992
iuba -ae *f* (*ad* 1108)
iubātus -a -um 1108
iūrāre 435, 436, 831
iūrātus -a -um 437
iūrgium -ī *n* (*Prf* 118, *Arg* 8)
iūs iūrandum 931, 936
iussū 19, 989

L
lanterna -ae *f* 149, 406
lavāre/lavere lāvisse lautum 802, 1102, 1103
lēgāre 205
libēns -entis (*Prf* 89), 531, 848; *adv* libenter
licēre -itum esse 617
longitūdō -inis *f* (*ad* 279), 281
lūcēscere lūxisse 533, 543
lūdificārī 565, -āre 1041, 1047

M
madidus -a -um 1001
maeror -ōris *m* 635
magn-animus -a -um 212
māla -ae *f* 408, 445
male-dīcere (*ante* 186), 572
manēre mānsisse 546, 696, 765
manus -ūs *f* 235
mātrimōnium -ī *n* 852
māvellem (= māllem) 512
mēd *acc* 359, 400, 434, 435, 982; *abl* 663
meditārī 197, 202
meī *gen* (*ad* 284), 442, 601, 856
mē-met *acc* 607
memoriter 417
mendācium -ī *n* 198, 370
mentum -ī *n* 445
mercātūra -ae *f* (*Prf* 37)
mercēs -ēdis *f* 646
merērī -itum (*ad* 572), 1101
meritō *adv* 572
migrāre (*Prf* 35, 68), 1143
mihi-met *dat* 597
ministrāre 983
minus *adv* 479
mīrum -ī *n* 616, 772, 1036, 1057, 1080, 1105, 1117
miseria -ae *f* (*Prf* 10), 939
missum facere 1145
mittere 546, 1101, 1133
modus, quem ad modum 442; huius modī 938, 941
moechus -ī *m* 135
molestia -ae *f* 464
morārī (*ante* 546)
mōrigerāre 981
mōs, mōrem gerere 131
multāre 852
muttīre 381, 520

N
nam, quō... nam 592
nē + *imp* 530, 803, 810, 813, 1064, 1110
nē-quīquam 835
ne-quīre -eō -īvisse 882
nescio-quid 605
nescio-quis 331, 830, 1063; -quem *acc* 332
nī 357, 440; quid nī 434
nihilō 596, 908
nimis 213, 218, 442, 765, 858, 1117
nimius -a -um 616, 1080, 1105
noctū *adv* (*ante* 186)
nox, *abl* noctū 404, 412, 731
nūmen -inis *n* (*Prf* 99, *ad* 1132)

num-nam 1073
num-quid 347, 852
nunc-iam 778, 1052
nupta 99, 364, 817
nusquam 576, 620, 686, 1014

O
ob-dormīre 620
ob-icere -iō -iēcisse -iectum 190, 605
ob-secrāre 388, 455, 765, 923, 1130; obsecrō 682, 760, 812
ob-sequī 995
ob-servāre 270
ob-signāre421,774,775,784,797
ob-temperāre 449
ob-truncāre 252, 415, 1050
ob-tuērī 900
ob-tundere -tudisse -tūsum 606
ob-viam 263 (*post* 675)
oc-cidere -disse 1066
oc-cipere -iō -cēpisse -ceptum (*Prf* 38), 107, 1091, 1102
oc-clūdere -sisse -sum 1018
octōgēsimus -a -um (*Prf* 44)
ōdisse, ōsa sum 900
of-fendere -disse (*ante* 551), 613, 713
offīrmātus -a -um 646
opēs -um *f pl* 1053
opīnārī (*Prf* 52), 186, 574
opīniō -ōnis *f* 545
op-primere -pressisse -pressum 1056
optātō *adv* 658
opus est -tō 628, 791
ōrdō, ōrdine 211, 599
ōrnātus -ūs *m* 116, 1007
ōsa sum 900

P
pactum -ī *n*: *abl* quō p.ō 137, 592, 915, quōvīs p.ō 979
paenitēre, mē paenitet 1124
pār est 832, 990
pariter 1019
partīre 1035
parturīre 1039, 1061, 1091
partus -ūs *m* 1138
parum-per 389, 638
patera -ae *f* 260, 419, 420, 534, 760...796
pavēre (*ad* 1109), 1110
peccāre 383
peccātum -ī *n* 257
pellis -is *f* (*ad* 123)
pendēre pependisse 280
penetrāre, sē p. 250
per-agere (*Prf* 28)
per-ciēre -ciisse -citum (*ad* 569), 727
per-cipere 1118
per-contārī 710
perduellis -is *m* 250, 642
peregrē 361
pergere (*post* 332), 1052, 1111
perīclitārī 688, 914
pernīx -īcis, *adv* -īciter 1116
perperam *adv* 248
perpes -etis 280, 732
per-sequī, imperium p. 622
persōna -ae (*Prf* 5, 21, 105)
pinnula -ae *f* (*ante* 19), 143
pius -a -um (*Prf* 60), 1086
placēre -itum esse 635
pol 782, 1124
poplus -ī *m* 101, 190, 259
populāris -is *m* 193
porrō *adv* 803, 1119
posterius 788
postrī-diē 256
postulāre +*inf* 361, 789
potin' 903
potīrī +*abl/gen* (*Prf* 75), 187
potis est 626
pōtitāre 261, 419, 535
pōtus -a -um 1007
prae *adv* 543
prae-currere -cucurrisse 796
praeda -ae *f* (*Prf* 73), 193
prae-dicāre 359, 402, 561, 730, 901, 905, 1085, 1117
praeditus -a -um 218
prae-ficere -iō -fēcisse -fectum (*Prf* 70), 100, 211, 363
prae-mittere (*ante* 186), 195, 602
praesēns, in rē praesentī 249
praesertim (*Prf* 124),-655
prae-servīre 126
praestīgiātor -ōris *m* 830
praestīgiātrīx -īcis *f* 782
prae-vertere 528, 1069, -ī 921
prandēre -disse -ānsum 951, 968
prīmōrēs -um *m pl* 204
prīmulus -a -um 737
prō! 376, 791, 822, 1074
probē 282, 424, 975, 997, 1005
probrum -ī *n* 869, 882
prō-cēdere 463
prō-dūcere 217
prō-gnātus -a -um 365, 614, *m pl* 650
pro-inde 214; p. ut 517, 757, 973, 982
prologus -ī *m* (*Prf* 17, *ante* 19)
prō-loquī 202, 248, 757
prō-merēre 1142
prope-modum 823
properē 215
propitius -a -um 935, 1065, 1090
propter-eā 119
prosperus -a -um (*Prf* 77); *adv* -ē 463
protervus -a -um, *adv* -ē 837
prō-vidēre 1071
pudīcitia -ae *f* 811, 930
pudīcus -a -um (*Prf* 60), 712, 838, 932, 1086
puer-pera -ae *f* 1092
pultāre 449
pūrgāre 909, 945

Q
quā propter 815
quadrīgae -ārum *f pl* 422, 450
quaeritāre 1014
quaesō 500, 625, 753, 934, 1037, 1097
quaestiō -ōnis *f* 1017
quandō (= cum) 123, 862, 864, 972, 1097; (= quoniam) 265, 390, 440, 926, 995
quantum potest 971
quasi +*coni* 115, 200, 683, 1096; q. sī 1078
quī (= quis) 127, 130, 382, 609, 1046
quī *abl* 261,419,535; +*coni* 340
quī *adv* (= quōmodo) 626, 710, 766, 858
quic-quam 248, 910, 972
quī-cum 99, 364
quid nī 434
quid-vīs 391, 393, 708
quī- quae- quid/quod-libet (*Prf* 11), (*ad* 391, 393)
quīn *adv* 359, 410, 617; 918,972
quīn (+*coni*) 750, 852, 970, (*ante* 1035), 1052, 1054, 1106
quippe quī 745
quīre-eō -īvisse (*ante* 1035), 1104
quī- quae- quod-vīs (*Prf* 26, 27), *dat m* cui-vīs 594, *abl n* quō-vīs 979
quō (+*coni*) 834; nōn quō 913

R
raptor -ōris *m* 206
ratus -a -um < rērī
recessim 1112
re-cipere, sē r. 645, 663
rēctā *adv* 1042, 1115
re-ferre rct-tulisse (*Prf* 83, 87)
rēgia -ae *f* (*Prf* 94)
rēgnum -ī *n* (*Prf* 74), 194, 831
rērī ratum (*ante* 635), 656, 659, 964, 975, 1095
rēs, rem (pūblicam) gerere 196, 655
re-ticēre 397
rīdiculum -ī *n* 917
rogāre (= interrogāre) 336, 708, 749, 794, 917, 1025, 1026
ruere 1095
rūmiferāre 678
rumpere, intrō r. 1048
rūrsum 797, 939, 940, 942; r. versum 1112

S
sacrificāre 983
saltem 438, 642, 822
satin' 509, 578, 604
satius 1018
scaena -ae *f* (*Prf* 2)
schema -ae *f* 117
scīn' 356, 1082
scīpiō -ōnis *m* 520
scīscere 1069
sē-cēdere 771
secundum *adv* 551
sē-cūrus -a -um (*Prf* 95)
secus 1078
sedēre, apud hostēs s. 599
sēmen -inis *n* 1139
sēmināre 482
sepelīre -īvisse -pultum 1053, 1074
sēriō *adv* 855, 906, 964
sērium -ī *n* 921
servāre, prōmissum s. 1144
servīlis -e (*ante* 19), 117
siem (= sim) 130, 434; sient (= sint) 209, 1106; siēs (= sīs) 924, 934, 976; siet (= sit) 105, 392, 485, 787, 856, 858
signum -ī *n* (*Prf* 98), 145, 146, 1087
similis -e (*Prf* 108, 111), 284, 442, 601, 856
simulāre (*Prf* 107), 200
sīs (sī vīs) 778, 787, 982
sōbrius -a -um 1001
sōlācium -ī *n* 643
solēns -entis 198
solēre -itum esse 261, 419
somniāre 697
somniculōsē 622
somnium -ī *n* 738
sonāre -uisse (*Prf* 23)
sonitus -ūs *m* 1062, 1095
spērātus -a -um 676
stabilīre 194
stabilis -e (*Prf* 26)
statūra -ae *f* 444
stolidus -a -um 1028
stultitia -ae *f* 709
stuprum -ī *n* 883, 898, 1016
subditīvus -a -um 497
sub-igere -ēgisse -āctum 1143
sub-parasītārī 515, 993
sub-sequī 550, 551
superāre (*Prf* 33), 235, 656; 709
superbia -ae *f* 709
superum -ī *n* 1001
suppetiae -ārum *f pl* 1106
suprēmus -a -um (*Prf* 57), 831, 1127
sūra -ae *f* 444
sus-cipere -iō -cēpisse -ceptum (*Prf* 78), 230, 1139

T
tabernāc(u)lum -ī *n* 426, 428
tam etsī 977
tēd *abl* 812, *acc* 911
tēlum -ī *n* 251
temptāre 661, 692
terror -ōris *m* (*ante* 1053), 1066, 1079
tetulī (= tulī) 716, 800
thalamus -ī *n* (*Prf* 86)
tībiae -ārum *f pl* (*Prf* 23)
tollere 501
tonāre -uisse (*post* 1052), 1062, 1130
tōnsus -ūs *m* 444
torpēre 335
torulus -ī *m* 144
tragoedia -ae *f* (*Prf* 6), 51, 52, 54
tuba -ae *f* 227
tuī *gen* 284
tūtārī 214, -āre 651
tū-te 746, 747, 795, 796, 816
tūtō *adv* 465

U
ubi *coni* 211, 216, 439, 1061, 1092; u. prīmum 203
usquam 1036
ūsque 143, 253, 645, 679, 715
ūsūra -ae *f* 108, 1135
ūsūrārius -a -um (*Arg* 3), 498, 980
ūsus -ūs *m* (*Prf* 82)
ut (+*perf*) 203, 602, 733, 734
ut (= quōmodo) 104, 136, 196, 662, 744, 745; (= quam) 1062, 1103
ut-cumque 343
uterus -ī *m* 1092
utī (= ut) (*Prf* 29), 214, 573, 598, 691, 909, 1052
utrimque 111, 219, 228, 229, 230
ut-ut 397, 1101

V
vae! (+*dat*) 726, 1057, 1080
vāni-loquus -a -um 379
vānus -a -um (*ante* 186, 248)
vāpulāre 370, 379, 388, 395, 440
vel 917
vēlāre 257
velim 834; 1058
venia -ae *f* 924
verberō -ōnis *m* 284, 344, 565, 1029
vērō *adv* 678, 964
versi-pellis -e 123
vertere -tisse -sum (*Prf* 45, *Arg* 1), 121
vestītus -ūs *m* (*ante* 19), 443, 866
vīn' 769
virtūs -ūtis *f* 925
vitium -ī *n* 402, 811; vitiō vertere 1142
volup est 958, 994
voluptās -ātis *f* 114, 635, 637, 641, 939, 994
vōtum -ī *n* 230, 947
vovēre vōvisse vōtum 947, 966

INDEX NOMINVM

A

Accherūns -untis/**Acherōn** -ontis *m*, fluvius apud Īnferōs; Īnferī 1078

Alcaeus -ī *m*, Argīvus, pater Amphitryōnis 98

Alc(u)mēna -ae *f*, Ēlectryōnis fīlia, Amphitryōnis uxor, quam Iuppiter clam amāvit

Amphitryō(n) -ōnis *m*, Alcaeī fīlius, exercituī Thēbānōrum praefectus Tēleboās vīcit

Argī -ōrum *m*, urbs Peloponnēsī, Amphitryōnis et Alcmēnae patria 98; **Argīvī**, cīvēs 208

B

Blepharō -ōnis *m*, gubernātor nāvis Amphitryōnis 951, 968, 1037

Bromia -ae *f*, ancilla Amphitryōnis 1077

C

Castor -oris *m*, Iovis fīlius, frāter Pollūcis geminus; per eum iūrant fēminae Rōmānae: *ēcastor*

Creōn -ontis/**Creō** -ōnis *m*, rēx Thēbānōrum 194

E

Ēlectryōn -ōnis/**Ēlectrius** -ī *m*, rēx Argīvōrum, pater Alcmēnae 99

H

Herculēs -is *m*, Iovis et Alcmēnae fīlius (*Prf* 100), (483, 1123, 1139), quī īnfāns duōs anguēs manibus suīs necāvit (1103, 1114, 1119); per eum iūrant virī Rōmānī: *hercle*

I

Iūnō -ōnis *f*, fīlia Sāturnī, Iovis coniūnx (932), dea mātrōnārum, per quam Alcmēna iūrat 832; anguēs mīsit quī Herculem īnfantem necārent (*Prf* 103)

Iuppiter Iovis *m*, fīlius Sāturnī, deus summus et rēx caelī (831), quī in fōrmam Amphitryōnis mūtātus Alcmēnam amāvit

M

Mercurius -ī *m*, Iovis fīlius et nūntius; fōrmam Sōsiae gerēns Iovī amantī servit

N

Naucratēs -is *m*, cognātus Amphitryōnis, quī eādem nāve vectus est 849, 854, 860, 1009

P

Persicus, portus P., portus ignōtus unde Amphitryōn ex bellō rediēns nāvem solvit 404, 412, 823

Pollūx -ūcis *m*, Iovis fīlius, Castoris frāter geminus, per quem Rōmānī iūrant: *pol*, *edepol*

Pterelāus -ī/**Pterela** -ae *m*, rēx Tēleboārum, quem Amphitryōn interfēcit 252, 261, 413, 419, 746

Pudīcitia -ae *f*, dea pudīcitiae 930

S

Sōl -is *m*, deus sōlis, quī cotīdiē quadrīgās suās per caelum agit 282, 422

Sōsia -ae *m*, fīlius Dāvī, servus Amphitryōnis

T

Tēleboae/Tēloboae -ārum *m*, gēns Acarnāniae, hostēs Argīvōrum et Thēbānōrum, quōs vīcit Amphitryōn (*Prf* 71), 101, 205, 211, 217, 251, 414, 418, 734

Tēresia/Tīresiās -ae *m*, coniector Thēbānus caecus 1128, 1145

Thēbae -ārum *f*, urbs in mediā Graeciā sita 97, 677, 1046; *adi* **Thēbānus** -a -um 101, 190, 259, 363, 376, 678, *pl* cīvēs 365

Thessala -ae *f*, ancilla Alcmēnae 770

V

Vulcānus -ī *m*, Iovis et Iūnōnis fīlius, deus ignis et fabrōrum; ignis 341

ISBN 87-997016-7-7